ultra. vt. ff. ad. l. sal. l. sed si nō ser  
q̄ten⁹ bo  
uis. Illū nō onerare nō possuz q̄ noratur.

# De legatis et quid sit legatum. fo. viii.

nihil dederis eū rogādo obliges  
vt. ff. de lega. iij. l. sed et si sic in sī.  
Additio. Dicit notāter domin⁹  
Rolandinus commido pecunia  
riorū si non honorauit eū pecu  
niario cōmodo sed alias eti gra  
uare nō possū. l. plane. ii. s. fina.  
ff. de lega. i. et. l. iii. s. iulianus. de  
lega. iij. Itē qđ d: eatenus quem  
onerari posse quatenus pecunia  
rio commido honoratur. et non  
ampli⁹ intellige quando in qua  
titate honoratur; et in quantita  
te oneratur secus sī in specie one  
retur; quia tunc recipiendo lega  
tum totum onus subire cogitur;  
quia tantū estimasse speciem illā  
videtur. l. sed si non seruus. ff. ad  
l. falci. et. l. impator. s. j. ff. d. le. ii.  
Hanc materiā altius attingēdo  
sic distinguere potest: quia aut re  
linquitur quantitas; aut species  
certa; aut quota. Primo casu. aut  
grauiatur in quantitate. et nō pōt  
in plus grauiari qđ sit illa quanti  
tas; et cōmodū visurā. d. s. l. im  
perator. vel hodie (cū visure sint  
prohibite) eius lucri qđ pōt ho  
nestē et licite p̄cipi sī formā. c. p  
vestras de do. inter vi. et vro. Aut  
grauiat in spē. et tunc aut in spē  
p̄pria et pōt in plus grauiari; et si  
bi imputet si agnouit. d. c. s. in sī.  
et. l. si minor. xxv. annis seruū. ff.  
de minori. aut in specie aliena re  
dimenda; et tūc nō tenet expēde  
re vltra qđ sit legatum; etiā si agno  
uit. l. sed si nō seru⁹. ii. rū. ad. l. fal  
ci. Secundo casu quādo videlicet le  
gatur species; tunc aut legat sīm  
pliciter aut alternatiue. Primo  
casu nō potest in plus grauiari qđ  
sit pretiū illius speciei cū fructi  
bus. l. filiū. s. apud marcellus.  
et. l. ciuitatis. s. f. ff. de lega. s.  
Secundo casu quando alternati  
ue; tunc potest grauiari quantum  
valet illa res que pluris estrietas  
si minorē agnouerit. l. plane. ii. s.  
si cui. ff. de lega. s. Tertio casu pi  
cipali qđ videlicet quota relinq⁹

tur alicui vel aliquid vniuersale qđ  
principiū debita et credita; tūc aut  
qris vtrū possit grauari per testa  
torē vltra valořē ipsius q̄teret nō  
pōt. s. cum qđā. d. l. impator. ff. de  
le. ii. Aut qris vtrū ille cui relin  
quitur possit grauari ex natura  
ipsi⁹ rei relicte. vt si portio here  
ditaria est damnosa et pōt graua  
ri; q̄ tenetur ola debita agnosce  
re. idē si legat kalēdariū vel men  
sa. vt. l. cū pat. s. mense. ff. de le. ii.  
ita distinguit bar. l. d. l. ipator. s.  
cū quidam. Gerardus mulert.

Itē res aliena legari potest; si  
tūc testator alienā sciebat. et tene  
tur heres eā redimere et p̄stare.  
vel si eā redimere nō pōt; qđ dñs  
non venderet; vel in modico p̄cio  
vēdat iustā estimationē inferat.  
s. non solum insti. de lega. 2. ff. de  
lega. iij. l. non dubium. s. vltimo.

Additio. circa pretacram mate  
riā (qñquidē quotidiana ē) lati  
distinguor; aut qđ legat rem alie  
nam in q̄ habet aliqd ius; et in du  
bio vide legare solum ius qđ ha  
bet in re; et sic non debet estima  
tio totius rei. vt in. l. serui electio  
ne. s. i. z. i. ff. de le. s. facit melius  
tex. in. l. si domus. s. fina. in. sī. eo.  
titu. itē facit. l. qui tabernas. ff. d

contrahē. emp. et vendi. Et idē  
si putabat qđ aliqd ius i ea re ha  
beret qđ tūc exringuebatur mor  
te. vt est tex. in. l. yroz patrui. sīm  
vnum intellectum. C. de lega. z. l.  
qđ in rerū. s. i. ff. de lega. s. Et per  
hoc possit attentari qđ si testator  
legauit rem alienam sibi pigno  
ratam videtur legasse ius pigno  
ris qđ habet in re; et sic glo. s. in  
sī. in. c. fili⁹. nr. de testa. nō posuit  
bonū exēplū ad illū textū; vt in  
telligere facile poterit diligēs le  
ctor. Aut legat nē sibi et alteri cō  
mūnē; et tunc videtur legare par  
tē suā tūc l. dixerit rem meā lego  
vt. d. l. serui electiōe. s. i. z. i. ll. oc  
ver nisi testator dixiss⁹ lego totā  
rē; vel similia ḥba; qđ tūc estimat

legari  
quō pos  
sit alie  
na res.

# Prima pars florū.

eo totius debereſ. vt in.l.iulia-  
nus in p̄nci.ſſ. de lega.ij. notaſ  
bar. in.l.cum rem alienam. C.de  
lega. Aut legat rem oīo alienā  
et tunc aut est heredis et tunc de-  
betur; nec ſufficit dare estimatio-  
nem; q̄ restator; potest legare rē  
heredis ſicut pp̄.ia. vt eſt text̄  
nota. i. l.vnū ex familia. ſ. ſi rem  
ſſ. de leg.ij. Aut legat rem alteri;  
q̄ heredis et tūc aut ſcienter; et  
debetur illa res vel estimatio. vt  
d.l.cum rem alienam. dummodo  
ſit talis res cuius cōmerciū poſ-  
ſit haberī. vt. j.in fine iſt̄ rubri-  
ce patet. Si legat ignorāter quo  
caſu aut extraneo; et non valet le-  
gati. vt. d.l.cum rem aliena. aut  
coniuncte persone cui alias fuſſet  
relicturus etiā ſi ſciuſſet alienā.  
et debetur estimatio vt in.d.l.cū  
rem alienā. ita diſtinguit panor.  
in.d.c.fil. noster de testa. An aut  
legati factū ecclie dicat factū  
coniuncte persone vt ſic debeatur  
estimatio ſi ignorāter fuerit fa-  
ctum. Bald. in.l.s.C.de ſacrosan.  
eccl. tenuit q̄ ſic et pro hoc facit  
ca. ſi quis iraſcitur. riſ. q.ij. et. c.  
qui abſtulerit. riſ. q.ij. vbi dicit  
text̄ q̄ ecclie eſt mater noſtra;  
ideo de iure ciuili debereſ ei le-  
gatum rei alienae etiā ignorāter  
factum per. d.l.cum rem aliena. ſubdit tamē et fateſ de benigni-  
tate canonica tale legati etiam  
ecclie factū nō deberi; et ita ip̄e  
bal. intelligit. d.ca. filius noster.  
vt ibi recitat panor. et idem pa-  
nor. in repeti. c. cuſ ſeffes eo. titu. i  
vij. colu. ibi. quīntā lecturam po-  
ſuit bal. de quo latius per. d. pa-  
nor. ibidē. vbi ipſe tāde poſt mu-  
torū opinioneſ recitatas conclu-  
dit q̄ legatum rei alienae ignorā-  
ter ſiue ſciēter factum de iure ca-  
nonico non debetur; nec eius eſti-  
matio per. ter. in.d.c.fil. noster.  
q̄ nota ad limitationem ſepe di-  
cte. l.cum rem alienam. quia illa  
non pcedit de iure canonico. q̄ ſi

dubio ſeruandū eſt in foro ecclie  
ſiaſtico hoc ſequit. d. Jason mai-  
in. d.l.cū rem alienā in pe. colum.  
Herar. mu. q̄ Itē legari pōt res  
q̄ nondū eſt in rerū natura ſi mo-  
do futura eſt: veluti fructus q̄ in  
illo ſundo nati erunt aut quod ex  
illa ancilla natuſ erit vt inſti. de  
le. ſ. ea quoq; res.

Additio. Aduerte q̄ tale lega-  
tum quantū ad traſmissionē non  
eſt cōditionale ſed purū. l.p̄ditio-  
nes. ſſ. de p̄di. z denō. Herar. mu.

Itē incorpalia legari p̄nt. vt iu-  
ra; et actiōes; et ſeruutes. vt. ſſ.  
de leg. i. l.cetera in p̄n. et. ſ. tam  
autē. inſti. eo. Itē poſteſ quiſ de-  
bitoſ ſuo debiti liberaſionem le-  
gare et tenet legati licet dñs rei  
legate ſit. vt. ſſ. de libe. leg. l.s. in  
p̄n. niſi teſtatoriuſus eregerit.  
d. ſ. ram aut. z. ſſ. de leg. ij. fidei-  
cōmiffa. ſ. ſi re. q̄ Sed et creditori  
meo q̄ debeo poſſuſ legare; ſi th  
plus ē in legato q̄ indebito; et ſi  
p̄ legata aliq̄ ſocomodū repreſenta-  
tur ei pura pure lego q̄ in diem  
vel ſub cōditione debebā; q̄ ante  
diē vel p̄ditionē debiti ager ex le-  
gato. ſ. ecōtrario. inſti. de. leg. v̄l  
q̄ excepcioneſ habebā p̄ debito  
l. ſi creditori. ſſ. de le. ſ. vel q̄ defi-  
ciebat ei probatio debiti; et hinc  
eſt q̄ vtile eſt legare et exp̄mere il-  
licite ablata illis q̄ extorta ſit.  
vtile ēet vrori dote legari a ma-  
riro. q̄ pleni ē legati q̄ ex dote  
actio. vt inſti. de. le. ſ. ſed ſi vrori.  
et q̄ multa vtilia pōt cōſeq vror  
ex illo legato vt notaſ glo. i. d. ſ.  
ſed ſi vrori. q̄ Itē non tñm res ſed  
etiā factū legari p̄dt: puta lego ti-  
bi q̄ heres mea vēdat tibi re illā;  
et tūc tenebitur heres vēdere ve-  
ro pretio. ſed ſi heredē meum dā-  
nauerovēdere p̄tio certo; neceſſe  
habebit rativedere q̄ ati dānat  
eſt. vt. ſſ. de leg. i. l. ſi fideiūſſor. ſ.  
vlti. Itē et legare poſſum tibi vt  
heres meus rem tales a te emat  
iusto p̄tio. vt. ſſ. ſ. le. ſ. l. et ſi equo.

Legare  
pōt teſta-  
to; rē he-  
redis ſi  
cut pp̄.ia.

Legatus  
factū ec-  
clesie an-  
dicat fa-  
ctum cō-  
iuncte p-  
ſone.

Legatus  
rei alie-  
ne an de-  
beat de  
iure ca-  
nonico.

Legatus  
rei nō  
existens  
in reruſ  
natura  
nō eſt cō-  
ditiona-  
le.

Legatus  
debiti  
creditor  
factū q̄i  
valeat.

Legari  
poſteſ ſi  
ctum.

legati certa continere speciem vel quantitatē vel factū talioquin regulariter nullum est.

**G** Additio. De quo in lege. legato generaliter. et ibi glo. et doc. ff. & lega. s. et in l. cum post. s. gener. ff. de iure votū. et in. s. si generaliter. insti. de lega. vbi per glo. et scribentes et maxime Ang. are. et p. dy. in regula in obscuris. & regu. iuris. li. vs. Berar. mu.

**G** Relinqitur legatum in testamento pfecto et codicillis pfectis. vt in dona. cau. mo. Immo in multis differunt legata ab ipsis donationib⁹. vt dicet in tractatu donationi cū cau. mor. Relinqitur pōt legatum pure. vt lego tibi. c. non adiecto die vel conditione. Itē in diez. vt lego vsc⁹ ad pascha. Item ex diez. vt a paschate in antea. Item sub conditione vt lego tibi si filia mea am acceperis in uxorem. vel tale quid feceris. lege prima in prin. ff. de cōditio. et de. cū multis similibus. et apponitur cōditio. vel p̄ si vel per cūputa cū quatuordecim annorum eris lego tibi.

**G** Additio. Est tñ differētia inter dictiōnē sicut dictiōnē cū de qua materia vide late per bar. in. l. s. ff. de cōditio. et de mōstra. & si se cundo qro de dictiōnē cū. rc. vbi ponit tres differētias. Item etiā de clarat ibi qñ illa dictio cū faciat conditionē et qñ nō: quo sic cas⁹ eueniat recurre. Quādo aut̄ conditio debeat impleri vrrum scilicet demū post mortē testatoris vñ an sufficiat eā impleri adhuc viuo testatore vide per. l. ii. iuncta gl. ii. ff. de cōdi. & demō. An etiā et qñ deficiēt cōditio debeat vel nō debeat relictū vide pulchre p. glo. l. i. testamēto. ii. & ibi. bar. ff. de conditio. et de. et p. glo. in. l. s. & ibi per. ly. C. de insti. et sub. & per dy. in regula imputari. de regu. iuris. li. vs. Berardus mulert.

**G** Item legati pōt fieri qbusc⁹ q̄bis tñ aptis & idoneis. vt si dicā

dō lego. dari īubeot volo. rogo. pero. precipio. exigo. posco. cupio opto. vt des. credo te datum. & t̄ s̄ milibus. vt. c. cōmunia de le. li. s. et. ff. de le. s. l. etiā hoc modo. et. l. et eo modo. Demū aut̄ scias q̄dā res esse que legari non possunt. vt he de qbus cōmercii nō est vñ que prohibite sunt alienari. Et si tales res legentur nō debent ip̄e nec earū estimatio. vt. ff. de leg. s. l. apud iulianī. al's incipit. Idē iulian⁹ scribit. s. fina. et insti. eo. s. et si talis res sit. Itē nō possit ea que edib⁹ iſicta sunt ne v̄bs deformes ruinis. vt. ff. & le. s. l. cetera. s. si duob⁹.

**G** Additio. De hoc an videlicet et quādo debeatur estimatio rei legate cuius cōmercium non habemus distingue latius fm bar. in l. multum interest. ff. de ver. obli. quia aliquādo res non est in cōmercio nostro ppter ipsi⁹ rei naturam. vt quia res ē sacra. vel religiosa. vel homo liber. et tunc si legetur talis res vel contractus super ea fiat. nō debetur nec ip̄a res. nec eius estimatio. l. apud iulian⁹. s. constat etiā. qui al's est sub. l. idem iulianus. ff. & le. s. l. s. non solū insti. eo. et. l. inter stipulante. s. sacrā. ff. de ver. obli. Aut non est cōmercii illius rei ppter quandā qualitatē. vt quia est iuncta edib⁹. et tūc estimatio debeatur vel interesse. vt. l. cetera. s. si duob⁹. et. l. si quis inquilinos. in prin. ff. de lega. s. Si nō rei est cōmercii in cōmunitate. et tunc aut est cū magna difficultate et habet pro impossibili. d. s. constat etiā. Aut est cōmercii in cōi sine difficultate. et tunc aut non est ei qui relinquit vel a quo relinquitur et tūc debetur vel res vel ei⁹ estimatio. l. mortuo. s. labeo. ii. i. n̄so. ff. & leg. ii. facit. l. multū interest. ff. de verbo. obli. Aut nō est ei cui relinquit p̄merciū. quo casu etiā distingue in legatis; q̄ si ppter suis delis

Zegari q̄ res non possint.

Estimatio rei legate cui⁹ cōmercii nō habemus qñ debeatur

# Prima pars florū

et si vel secte diuersitatē vt in iudeo et mancipio christiano vel si mili casu, vt. C. ne iude. christia. man. l. s. et nō valet nec estimatio datur. d. s. labeo. s. respon. et. d. l. multū interest. si vero pp̄ter statutū cōdītōne vī corporis virtutē et tūc si testator scīuit debet estimatio alioqñ nō. ita loq̄tur et intelli git. l. s. si res. ff. de le. s. et. l. fidei cōmissa. s. si seruo alieno. d. le. iij. et. l. fliuissimilias. s. si qđ alicui. de le. s. In stipulatōne vero in hoc vltimo casu quādo sc̄z stipulato ri nō est cōmercii rei indistincte non debet nec res ipsa nec eius estimatio fm Jaco. de are. in. d. l. multū interest. quē in hoc sc̄z ibi distinguit. et post eū ange. a. reti. in. s. s. insti. de iutilib⁹ stipu. et test glo. nota. in. d. l. sed si res de lega. s. et gl. in. d. l. multū interest. ē etiā bona glo. in. s. non solum institutis de legatis. Berardus mulert.

**C**Quo loco in ordie testamēti q̄libet legata sit scribēda. Ru. ix.

**O**st̄z de ius  
re legatorū vidim⁹  
de ipso loco et ordie  
videam⁹. Et ē sciend⁹ q̄ licet olim ex  
veteri iure cōtrariū esset actum/  
hodie tamē licitū et liberū ē sine  
ante sive post institutiones here  
dum: sive etiā inter ipas medias  
institutōnes relinqre et ordinare  
legata libertates et tutores. vt  
insti. de lega. s. ante heredis. et q̄  
testa. tuto. dari pos. s. ad tertius.  
Iugo itaq̄ antiqui iuris excusor  
sequētes magis rationabiliē for  
mam immediate post prohemiu  
ad legata transfib⁹: et q̄ sit me  
lior ordo legata institutōne p̄mit  
tere patet ex eo q̄ illud solum he  
redis est qđ superest deducto ere  
alieno et funeris impēsa et de-

ductis legatis factis vsc⁹ ad illū  
modū quo legare voluit et potuit  
testator. vt. ff. ad. l. fal. l. s. s. sc̄o  
capite. t. s. fi. r. Ceo. l. irritū. t. l. s.  
imponēda. t. C. de iure deli. l. sc̄i o  
mus. s. in cōputatiōne et insti. de  
leg. fal. s. c̄i aut. Bicut ergo istis  
deductis qđ superest ad heredes  
p̄inet: sic ista p̄mo debet in ordi  
ne scribi et deinde heres istiū.  
Itē est alia ratio: q̄ cum legata q̄  
fiunt p̄ restitutiōib⁹ ablator⁹ fu  
neris impēsa et alijs opib⁹ pie  
tatis ad salutē aie spectet. Her  
edis vero istiū cū t̄palis et mis  
dane cure causam recipiat: meri  
to ipsa salutē aie puidētia: vt dō  
mina p̄cedet t̄poralis autē pui  
sio vt ancilla post tergū veniens  
subsequēt. d̄ham em̄ ancillari et  
ancillā dñari absonū est. Alia nō  
q̄ relinquitur vxorib⁹ et amicis  
post p̄dicta duo genera legatorū  
et post cōmissarios imēdiate po  
nuntur: vt in uno et eodē capitulo  
oia pariter legata cōiuncta sint.  
esset em̄ magna cōfusio si p̄dier  
sas testamēti p̄tes sparsa reperi  
ren: et p̄pterea q̄ legata tripli  
ci intuitu relinqui vident: iō fm  
hoc dicere possumus triplē esse  
legator⁹ speciem in quib⁹ debet  
etiā ordo fūari: si em̄ testator ali  
quid acquisiuit et habet illicitū  
primo et ante oia disponet et ordi  
net de restitutiōib⁹ ablatorū.  
Hec species pretermittenda non  
est quia nulla alia legata deben  
tur nisi deducto ere alieno. vt. C.  
de iure deli. l. sc̄imus. s. sin nō cre  
ditores. nam illa intelligitur bo  
na q̄ sup̄sūt deducto ere alieno. l.  
sublignatus. s. bona. ff. de reg. iu  
ris. t. l. cum em̄cipati. s. illud. ff.  
de colla. bono. Et quia inter hec  
legitima negotia istud est primū  
et maxime salutis anime reme  
diū si restitutio illicite questio  
rum fiat. deinde restitutis illici  
secedo loco. sūt ponēda illa lega  
ta que p̄ funeris ipēsa et elem̄io-

Legata  
nō deben  
tur nisi  
deducto  
ere alieno  
no.

# De institutionib<sup>9</sup> heredū ⁊ qd sit hereditas tc. fo. x.

finis ⁊ alijs anime suffragijs fuit  
quia nō pmissum est elemosinam  
facere de substantia aliena.

GAdditio. xiiij. q. v. forte alijs. ⁊

xxvij. q. iiiij. sic nō sunt. Ber. mu.

GSalomone dicere q̄ offert sacri

ficiū de substātia paupis; idē est

quasi vice matrī filij ī ūspectu p̄is

GAdditio. Ist⁹ dict⁹ salomonis

citat⁹. xiiij. q. v. imolatus. ⁊ s. q. s.

nō est putāda. Gerardus mulert

Furti spe ciesest de largiri. vt. ff. de furtis. l. si pigno  
alieolar⁹ re. s. s. post has itaq̄ duas legato  
rum sp̄es debet eligi certe p̄sone

q̄s appellam cōmissarios vel exē-

cutores ⁊ q̄ad ipa legata soluēda

cōstituunt̄ ex q̄bus plena dat au-

ctoritas ⁊ potestas p̄dicta execu-

tionī mādare; raro em̄ ista fidei

cōmittim̄ hereditas q̄bus sic fact̄

ad trinā speciē legator⁹ transeun-

dū est; sc̄ eorū q̄ uxori pp̄inquis ⁊

alijs amicis carnalib<sup>9</sup> relinquā-

tur. In his em̄ legatis tradēdis

nō solēt eligi cōmissarij; q̄ soluen-

da ab heredib<sup>9</sup> relinquunt̄. hac

igī rōne hoc ordine sunt scriben-

da legata; q̄ aut̄ sūt horū legator⁹

forme ī unaquaq̄ sp̄ē p̄ficiū iueniēt̄

GAdditio. premisa sc̄ a ver. ⁊ p̄

p̄terea ponit in effectu speciū. in

titu. de instru. ed. s. cōpendiose.

ppe fi. ibi circa legata vero scias

tc. Gerardus mulert.

CDe institutionib<sup>9</sup> heredū: ⁊ quid sit he-  
reditas: ⁊ ī quot ⁊ q̄s  
partes diuidat: et qd  
sit heredem instituere

Rubrica. x.

**G**unc de tertio  
capitulo id est de he-  
redum institutione a-  
gendi est sup̄ qua sol-  
licite admonendi sumus plenissi-

ma in diligentia adhibere: nā hic  
plerūq̄ nō tantū virgulta: sed et  
cedri deficiunt̄; perū l̄ testamētā  
rie successionis pelagus p̄fundis  
sumum sit attamen paucā nobis  
utlita et necessaria sumamus ex  
istis tractatū hunc per plures ru-  
bricas ⁊ titulos distinguētes ⁊ ut  
per partes diuisus possit facilius  
comprehendī.

GAdditio. Ut. s. l̄ nō v̄s q̄ in fi. in

stī. de lega. t. l. s. ff. de dolī except.

nā partitio aim legentis incitat̄

mentē intelligētis p̄parat̄; me-

moriā artificiose reformat̄. vt di-

cit glo. not. in v̄bo easdē. insti. in.

s. igit̄ in p̄hemio insti. Ber. mu.

GHereditas est successio ī vni-

uersum iūs q̄d habuit defunctus

tēpore mortis sue. vt. ff. de verbo.

signi. l. nihil. t. l. hereditas. ff. de

regu. iur. ⁊ hoc aliquando dicitur

as; aliquando p̄do vel pondus.

aliquando libra; ista em̄ quatuor

nomina s̄inomina sunt.

GAdditio. Ita vult glo. inver. se-

stuns. ibi item no. ista tria. tc. in

s. hereditas. insti. de here. insti.

Gerardus mulert.

Gporro hereditatis diuisio sole-

nis fit a iure in duodecim vncias

sive partes q̄ assis appellatione

continent̄; ⁊ habent hec partes p̄

p̄pia nomina ab vncia v̄sq̄ ad as-

sem; vt v̄sq̄ sit exclusiū. nā queli-

bet earū partū maior estricat̄

quelibet minor asset̄; q̄ nulla earū

continet solā vnciā aut totū asset̄

Sunt vero hec noia partium. pri-

ma festuns; ⁊ hec continet vnciā

et dimidiā. vnde festuns quasi se-

mi vnciā; ⁊ vncia. vt. ff. de inoffic.

testa. l. papinius. s. q̄ff. tertia

em̄ eius litera's est; nō x. q̄ cō-

ponit̄ ex semis ⁊ vncia.

GAdditio. Ita dicit. d. glo. inver-

bo festuns. ibi festuns em̄ d̄; tc.

indictio. s. hereditas. insti. de he-

re. insti. Gerardus mulert.

GSc̄a sextās; q̄ sextā partē he-

reditas significat. i. duas vncias

partitio  
nis q̄s sit  
effectus.

heredi-  
tas quid  
sit.

heredi-  
tas ī q̄t ⁊  
quas par-  
tes diui-  
datur.

# Prima pars florum

Tertia quadrās q̄r quartā partē hereditatis notat, i. tres vñcias. Quarta triēs, i. quatuor vñcias. Unde illa quatuor noīa sumūt interpretationē ex eo q̄r quādā portionem hereditatis designat, sequentia vero octo habet ethimologiam ex eo q̄ certum numerus vñciarum signant.

Additio. Ita dicit glo. in verbo festuns, post princi. ibi t̄ nota, sc̄. Gerardus mulert.

Unde q̄nta vocat quinquīs eo q̄ quinq̄ vñcias denotat. Sexta dicitur semis; quia cotinet dimidiatā partē hereditatis, i. sex vñcias. Septima vocat septuns. Octava vocatur bes. Nona doctrans. Decima dextrās. Undecima deuns. Duodecima as; t̄ significat as pōdus duodecīz vñciarū; l̄z aliqñ as assis p̄ nūmō ponat. Unde versus As obolis pōd̄; as est possessio tota. Ceterū l̄z ista diuissio solennis fiat a iure; t̄n testator in plures pauciores vñcias pōt diuidere. Nam totvncie asem faciunt quot testator voluit. Et p̄banc hec isti, de here, insti. s. hereditas, t. s. nō aut. t. s. ecōtrario, t. ff. de here, in

Institutio heredē istituere aliquid sibi heredē statuere, inde dictū q̄s iuris, i. eo dem loco suo post mortē suā i bonis suis quē dñm statuerent, sic est, intrat heres in dñm substitutie defuncti, vt vna t̄ eadē persona esti met cū defuncto, vt in auf. de iure reiua mori, p̄stato. s. i. co. v. Et bene dñ post mortē q̄r nullū viuo testatore heres est etiā nec filii viuo p̄re. Unde heres dñ ab hero, i. dñ, vt isti, de here, quali, t̄ diffe. s. pro herede, nā heres dñs dñ, vt ff. ad. l. aquiliā. l. itē mel. s. legis aquilie, heres em̄ adita hereditate dñs sit sola voluntate, vt. s. p. heredē l̄z nō possessor nisi ipsam possessionem apprehendat, vt. ff. de aquirend. possessio, l. cum heredes, in principio,

Heredis institutio in qua vltima voluntate: quibus verbis t̄ qualiter fiat.

## Rubrica. xi.



**E**ienduz est q̄ heredum directa institutio fieri nō pōt nisi in solo testamento; et nō eo codicillo, vel alia alia vltimayoluntate: vt quia alijs recto iure istruatur heres ad quē testator hereditatē suā voluit peruenire; t̄ illū capere nūlo a alio mediante, vt. C. de codicil. Lhereditatem, t̄ insti. de codicil. s. pe. Obliqua vero hoc est fideis cōmissaria hereditas relinquit in testamento pōt t̄ codicillo heres institutus in testamento vel heres ab intestato venientib; hereditatem alteri restituatis cui restituetur hereditas erit heres p̄ fideicomissum t̄ quodāmō hereditatē capiet p̄ obliquū t̄ altero mediāte, vt isti, de fideic. her. s. p̄ terea, t. s. in primis, sed ista diffusus. l. dicent in tractatu codiciliorum. Fit aut̄ heredis institutio verbis directis, vt titius mihi heres esto vel hereditatis mee dñs esto. item verbis inflexis, vt illuz heredē facio, vel in instituto, vel iure institutionis relinquo, vt. C. de testa, l. quoniā, t. ff. de heredi, insti. l. his verbis, nā inflexa dicunt nomina in nominibus suis casibus preterē in nominatiuo.

Additio. Ut dicit glo. in verbo inflexis, in. o. l. qm̄, Gerardus mulert.

Itē est si dicat relinquō tibi bona mea, vt. C. de secū, nupt. l. hac edictali, s. responso.

Additio. de hoc verbo relinquō plenius dicit. s. in rubric. generalia quedā circa instituendos liberos, Gerardus mulert.

Heredis  
institutio  
q̄busver  
bis fiat.

heres  
vñdedica  
tur.

# Heredis institutio in qua vltima volū. xc. fo.xj.

Heredes  
certū de/  
mōstrari  
oportet.

In institutione facienda certus  
heredē demonstrari oportet. l. quo  
tiens. s. heres aut. ff. de here. in/  
sti. qn enim nō apparet q̄s sit in/  
stitutus. vt q̄ in corpore sit terra/  
tum. cūq; volens alium scriberet  
alium scripturam q̄r nō apparet  
de qua psona testator senserit eo  
q̄ cui habet duos nepotes quorū  
quilibet titius vocabatur dixit:  
titus nepos meus mihi heres esto.  
institutio nulla est: nūli alijs ap/  
tissimis p̄bationibus fuerit reue/  
lari de quo senserit testator: vt  
d. l. quoties. in prin.

Additio. Et facit. l. duo sunt tis/  
tij. ff. de testa. tute. t. l. cū ex pluri/  
bus. ff. de manu. testa. Ber. mu.  
Et ita declaratio et demonstra/  
tio heredis debet fieri a testato/  
re vel nominando heredes cū aliq;  
sufficiēti determinatione: vel cui  
aliquo signo indubitabiliter: vt cui  
plures habet filios quorū vnū erat  
legis doctor: et dixit filii meus do/  
ctor legū mihi heres esto: vel per  
cōditionis eventus: vt uter eoz illo/  
lam vxorem duxerit mihi heres  
esto: vel eum ad oculū ostendendo  
vt q̄ dixit mihi hic heres esto cū  
sit corā illo qui ostenditur.

Additio. Ut. d. l. quotiens. s. si  
quis nomen. t. l. certū. ff. si certū  
petatur. Berard. mu.

Hoc autem fallit in casu in quo  
possimus incertas psonas here/  
des institueri ppter paupes vel  
capriuos: et hec ppter diuinū nu/  
minis intuitu. vt. C. de epi. t. cler.  
l. id qd. t. l. si q̄s ad declinandum.  
alioquin effi certus d̄z demōstra/  
ri heres: vt dictum est.

Ecclesie  
simpli re/  
lictū non  
specificā/  
do certā:  
cui debea/  
tur.

Additio. Potest etiā relinqui  
ecclesie simpliciter nō specifican/  
do aliquā certā ecclesiam: et valet  
tale reliquit hoc casu dabitur ec/  
clesie parochiali ipsius testato/  
ris. ar. l. que pditio. in fine. ff. de  
conditio. et demonstra. ita tenet  
panor. in. c. indicāte. de testa. et  
Bar. in. d. l. que conditio. in. si. te-

net etiam hoc Lyn. in. l. s. in. v. q.  
Coe sacrofan. eccl. sed Jo. fab.  
et post eu. Ange. are. in. s. sed ius  
quidem ciuile. insti. de iure natu/  
gen. et ciuili. tenent per illum tex.  
q̄ indubie relicrum presumatur  
ecclie maiori ciuitatis vel dyoce/  
sis: de qua in dubio debet intelligi  
scit ibi i textu in dubio intelligi  
tut de iure ciuili romanor. de  
quo pūcto vide etiam Jo. and. in  
additionibus ad spe. in titu. de  
instru. edi. s. nūc nō aliqua. lry.  
versi. quid li testator: iussit fieri  
pontem. rc. vbi tenet opinionem  
Ly. et alior. quā etiā tenet Bala.  
in. d. l. s. C. de sacrosan. eccl. in. iii.  
coluni. in fine. et etiam Pau. de ca/  
stro. p. d. l. que pditum. item Ano/  
ge. de peru. in. s. si vero in perpe/  
tuam. in aut. de nō alie. aut per/  
muta. colii. iij. Sed quid si reliqt  
q̄s ecclie forte sancti petri: et sine  
plures ecclesie illius nois in ciuitate?  
Dic q̄ hoc casu dabitur pau/  
periori. s. si quis in noie. in aut.  
de eccl. titu. colii. ix. si autem ta/  
lis ecclesia in ciuitate testatoris  
nō inueniatur. inuenitur aut in  
territorio. illi dabitur. si vero nec  
in territorio inuenitur: dabitur  
ecclesie ciuitatis in qua testator  
domiciliū habuerit. d. s. si q̄s in  
noie. Qd limita qn ex plecturis  
nō pot aliud apparere. pone effi  
q̄ parochian ecclesie sancti petri  
reliquit simpliciter ecclie san/  
cti petri sunt in ciuitate alie eco/  
clesie sancti petri: hoc effi casu  
nō dabitur paupiori: sed potius  
ecclie parochiali testatoris: q̄ in  
dubio videtur de illa sensisse: vt  
vult idē panor. vbi. s. ybi subseq/  
uerter dereriat qd iuris: qn plus  
sunt ecclie sciti petri et sunt oēs  
equales: et cludit q̄ hoc casu da/  
bit epo: vt disp̄set vel gratificet  
alteri. ar. i. c. qf. de decimis. et in  
c. s. de paro. Item nota q̄ reli/  
ctum pauperibus simpliciter: qd  
valet vt. s. patet. si qdē vnuis est

Ecclesie  
sciti petri  
reliquit cū  
sint plu/  
res istius  
nois cui  
debeat.

# Prima pars florū

xenon in ciuitate testatoris illi debetur: et p xenodochiis in egrotates fiet distributio. q̄s em pauperior est hoībus qui i inopia tēti sunt: et i xenone repositi: et suis corporib laborates necessariū yictrū sibi nō possunt afferre. si aut ampliores i ciuitate xenones vel prothochia sint cū ei xenoni vel prothochio qui paupior esse dino scitur dabitur relictū. si vero nul lus xenon in ciuitate inneniatur tunc paupib qui i ciuitate sunt vel penit mendicabibus vel alia sustentatione egētib reedez pecunie distribuēde sunt: que oia pbā tur pulchre. in. l. si q̄s ad declinādam. C. de epi. et cle. Ad quos aut spectet executio hmōi relictōr dicitur late. l. de formis ordinādōr cōmissarior. Et nota casus supra dictos: q̄r in illis valet institutio licet nō demōstretur certus heres: et hoc ppter diuini numinis intuitūr: ut dictū est de hoc tan scz et qn incertitudo heredis vel legatarij vistet legatus vel institutio nem. vide elegatissime p Bart. in l. quidā. ff. de rebus dubijs. et dixi. s. in rubri. quid sit legatus. dic vt ibi. Gerardus mul.

**G**Itē fieri pōt institutio pure vt illum heredem instituo. item sub cōditione vt illū heredem instituo. si filiā meā duxerit in uxore. Ex certo aut tperaut ad certus tēpus quis heres institui non pōt sed virtio tēporis sublatō de medio tenet institutio: vt si dicā institutio te vīg ad paschalē a p schate in antea. pbātur hec instit. de heredi. insti. s. heres. et. ff. eo. l. hereditas ex die.

**G**Additio. Iheres vera. in pagano securis in milite. l. certi iuris. C. de testa. mili. et. l. in fraudē. s. miles. et. l. miles ita. ij. responde. ff. eo. l. hereditas ex die.

**G**Ueramen si fiat ad tps incertū vel ex certo tpe bene valet. etiā in pagano; hoc modo. uxores meā

quādiu vixerit: post mortem vero suam titiū mihi heredem insti tuo: vt. ff. de here. insti. l. in tps. et l. qui filio. et de libe. et post. l. filius a p̄f. ij. r̄fso. et. C. de hered. insti. et extraneum. s.

**G**Additio. Aduerte q̄ lex in tps supra allegata dicit q̄ pōt q̄s institui in tps quo capere poterit: hoc intellige singulariter fm bal. in. l. eā quam. C. de fideicomis. in penul. colū. qn solū esset incapaci tas ex pte instituti: vt in deportato aut filii. se cō aut si ex pte vtrī usq; scz testatoris et heredis. hinc est fm eiudez q̄ spuri in diem ea pacitatis sic nō possit institui. de quo etiā late p Ange. are. in. s. he res. insti. de here. insti. Itē aduer

Insti te incētū supra dictū est posse ali tio ad tē que institui heredē ad tps incer pus incer tum et valet talis institutio. d. l. fi tū an vas lius a p̄f. ij. respōso. hoc intelli. leat.

ge vtrī fm Bal. ibi. qn testator p uidit de alio herede post illū die vt in casu. d. l. filius a p̄f. ij. r̄fso. si ho non puidit de alio herede tūc prima institutio ē perpetua et transmissibilis ne decadat p pte testatus: et p pte intestat qd esse non pōt. l. ius nr̄m. ff. de reg. iur. dicunt tñ aliqui: vt refert idem Bal. ibidem q̄ illa scđa institutio qua scz puidit testator de alio he rede trahit ad fideicomissum: q̄r qui incipit esse heres (vt inqt) nō pōt definire. Istud exp̄sse tenet idez Bal. in. l. extraneū. s. C. de he re. insti. Circa pmissa q̄ro que sit ratio diuersitatis q̄ ex certo tperaut ad certum tps heres institui non pōt: ex tēpore vero in certo aut sub cōditione pōt: vt. s. dictum est. Rūdet Dp. in regula actus. de regu. iur. lib. vi. q̄r id qd non recipit divisionem in pres in se nec recipit divisionem in pres tempoz: et cōtra: allegat. l. miles ita heredem. s. et. q̄r diximus. ff. de mili. testa. et. l. vsi fructus ab initio. ff. de vsi fruct. Sed institutio

# Heredis institutio in qua vltima volū. xc. fo. xiij.

heredis nō recipit divisionem in seruq; nō pōt quis decedere p pte testatus; et p parte intestat⁹; immo causa testati trahit ad se cām intestat⁹ in re vt d. l. ius nrm. ff. hit ad se de reg. iu. ergo idem erit in tpe sic limitatio tps habet p non adiecta. d. l. hereditas. sed vbi te

statur sub cōditione vel in diem incertum: euētus peditiōis et vici incerte. q pditioni assimilatur. l. dies icertus. ff. de pdi. et de trahi tur ad tps retro vt. ff. de testa. mi li. l. qd d. in princi. et l. potior est. ff. qui po. in pig. ha. et ideo nō vis deretur pro pte testatus; et p parte intestatus: sed exsistē pditione videtur in totū testatus: ea de ficiente in totū intestatus videt. ita dicit dy. vbi. s. vide etiā i isto Bald. et Bar. in d. l. hereditas ex die. Quid si qd instituat Titius heredem vsc ad paschā et subiiciat et nolo qd sit heres post pascha. an valeat institutio? R̄ndet Bar. in d. l. hereditas. in fi. qd non: immo viriatur in totū institutio: qd con tinet in se repugnatiā. p ea que dixit idem Bar. in herede instituto in re certa cū fuit dictū qd plus petere nō possit. de quo dixit i. l. quotiēs. s. si duo. ff. de here. insti. allegat in ar. l. miles ita. ff. de mi li. testa. s. aduerte qd bal. vbi. s. et idē in Lextranei. s. C. de hered. insti. tenet cōtrariuſ dices etiam hoc casu cām testati trahere ad se cām intestati. idē tenet Ange. are. in. d. s. heres. in fi. insti. de he re. insti. p rōnes quas ibi adducit quē vide. Herar. mu.

Item pōt fieri institutio in vni uero vt in oībus meis bonis illi instituo. Item in certa pte vt illi in dimidia vel tertia pte bonor meoy mīhi heredez instituo. Itē in re vel quātitate certa vt illi in tali fundo: vel in c. libris mīhi heredem instituo eo distinc̄to: qd institutus in certa parte d. subi re onus eris alieni p. ea parte

qua institutus est. l. ij. C. de here. acti. Is vero qui in re certa vel Institue quātitate institutus ē loco legato tarij habet: et ideo nō subit onus certa vel eris alieni: vt. C. de here. insti. l. quātitate quotiēs. hoc ver qd alius inueni an et qd le tur institutus in vniuerso. Q Additio. Alioquin institutus co habeat ex certa parte: vel re aut quātitat tur. te certa: loco heredis est et invi uersus succedit: ne idē in pte re status. et in pte intestatus iuenia tur. s. nō aut utiq;. insti. de here. insti. et l. s. si ex fundo. et l. quo tiēs. s. si duo. et l. ex facto. h. p tota l. colū. ff. eo. qd ver in pagano: se cus in milite. d. s. non aut utiq;. Sed cōtra pmissa dum d. institu tum in re certa legatarij loco esse oppono. iure cauet qd filius d. ha bere legitimā suā iure institutio nis: et nō legati vel donatōis. alio quin testamētum nullum est. s. aliud qd. in auf. vt cum de ap. cog. col. viii. et tñ ptz qd si filius sit insti tutus in re certa testam̄ non solvit tur. s. hec aut disposuimus. in. d. auf. ergo nō habetur loco legata rij. Dic breuiter fin Bar. in. d. l. ex facto. h. ff. de here. insti. et l. quo tiēs. C. eo. quem sequitur Bal. in. d. l. ex facto. qd heres institutus ex re certa nō est heres vniuersalis nec est legatarius: sed est vna ter tia species p seque vocat heres ex re certa: que p̄tm capit de na tura instituti vniuersaliter: paro tim de natura legatarij: sicut dis cimus in grāmatica de p̄cipiōt qd prem nois partēs verbi recis pit. Habet effi ex natura legata rij duo: scz qd in eum nō trāseunt actiones. d. l. quotiēs. ppe finez. et qd patitur falcidiam. l. quotiēs. C. fa. herciscum. et d. l. ex facto. h. si vnde scio quesitū. De natura vero vniuersalis hz tria. Primum: qd hz ius accrescēdit: de quo qd bal. in. d. quotiens. s. si duo. ff. de her es. insti. Secundū: qd eius additio ne p̄fir mātur relicta in testamē

# Prima pars florum

to. Tertium: qd pōt de manu sua capere sicut heres in uersalis hereditatem ita putat Bar. vbi. S. qd non pbat Bal. dices: qd si hoc esset ver: se queretur qd omnis rei in qua est institutus nō trāsferet ad eum recta via: sed demū p agnitionem: qd nō est ver: sīm eiūdem Bal. vbi. S. imo sīm cūm qdūz ad merā acquisitionēz ipsi⁹ rei censem loco legatarij. hinc est qd trāsmittit ad heredes illas res: qd in eis sapit naturam singularis legari non: autē trāsmittit in eos sine agnitiōe illud ius accrescēdi in qd sapit naturā institutiōis vniuersalis. qd pbat bene p.d.l. et facto in fī. s. colū. t.l. si alteri⁹ eo. tī. vbi res relictas hz put relicte sunt: tanq̄ essent plegate. de hac p̄cepta materia dic latius: vt p dñm Bar. et Bal. vbi. S. et p̄siderem Bal. in. d.l. quoties. C. de here. insti. Quid si restator p̄hibuit institutus ex: re certa plus petere vel habere. vrtū hoc casu habeat ius accrescēdi: de hac questione vide Bar. in dicta. l. quoties. S. si duo, in fine. et ibi etiam Bal. ff. de heredi. instituen. item Ange. are. in S. hereditas. in fine. institu. eo. dem. Gerardus mulert.

Item possunt institui plures simpliciter partibus nō exp̄ssis: vt p̄. Ja. Ma. mihi heredes instituor: tunc ex eq̄s portionibus sunt heredes: vt insti. de here. insti. S. hz si plures instituātur. et d.l. quoties. S. heredes. Irē pōt fieri institutio partim p capitā: et partim per stirpes: vt pet. Ja. filios meos: sc̄s quilibet p tertia. et An. et Ti. nepotes meos. Mar. frātris mei. p tertia mihi heres instituo. nā et simili modo ab itesta voce: tūr: vt insti. de hered. qd intesta. defe. S. et qd placuit.

Succes-  
sio p capi-  
ta sīm Bal. in aut. defuncto. C. ad  
ta qd̄ sit.  
Additio. Et autē successio p capi-  
ta sīm Bal. in aut. defuncto. C. ad  
tertiū. qd̄ tot sunt portiones: quorū  
sunt persone; que etiam vocatur

successio p rata: vel successio p virilibus. In stirpes hō dī qd̄ tot sunt portiones quorū sunt stirpes. Successio in stirpes qd̄ sit. verbi grā. si plures sunt successiores: et tot portiones capiat quorū sunt capitā: tūc dicūtur in capita vel p rata vel p virilib⁹ succedere. Si hō tres sunt filii ex uno fratre premortuorū: autē ex alio. si ille vñ ex uno fratre tñm capiat qd̄tūz alij tres ex alio fratre: dicūtur in stirpes succedere. hic autē due sūt stirpes: sc̄s duo fratres p̄mortui: et singulorū filij succedunt in suas stirpes: et hoc ē in locis suorū patrū pbatur in aut. de here. ab itesta. ve. post p̄. col. ix. Qñ autē debeat succedi in stirpes: et qd̄ in capita dicētur. s. in rubri. de succes. ab itesta. et quorūbusue modis qd̄ de cedat intestat⁹. Berar. mu.

## De hereduz q̄lita- te et dīria. Rubri. xij.

Ereditum alij sunt necessarij tñm. alij sui et necessarij. alij ex necessarij. Necessarij he ri⁹ heres res ē seru⁹ a dño institut⁹ heres. qd̄ sit. ita. tñ si hereditatē et libertatē ex dñi testo p̄sequatur: vt quia tem pore testamenti et mortis erat in domini potestate. fiet enim igno rans et iniurias: liber et heres: et ideo dicitur necessarij ut institu. de here. qualita. et differen. in prin. et s. et de here. insti. S. seru⁹ autem a dño. et ff. eo. l. si alienus. in prin. et ff. si cer. pet. l. eius qui. Sunt ne cessarij. sunt liberi qui in potestate moriētis sunt tempore redes qui mortis: vt filius filia: nepos ne pris ex filiorū deinceps ceteri per masculinā linēā descedētes. Nam licet filia sit in potestate patris: tñ eius filij sequitur familiā patris eorū et non matris: vt insti. de patria potestate. S. vtrū et insti. de legit. ag. tu. S. i. ibi⁹ qd̄ nascitur

# De illis q oīno iſtitui vel exheredari debēt. fo. xliij.

Inter filius aut et nepotes ex filio opz distinguere, nam filius meus ideo mihi suus heres est: qz in potestate mea est et nihil est medii inter me et ipm: nepos vero ex filio licet in potestate mea sit; tamen suus mihi non est: qz pcedit eus pater eius qui tpe mortis mee in potestate mea est. Si vero filii meus me viuo moriatur tunc nepos ex eo tpe mortis mee mihi est suus heres: et qz est in potestate et quia sublatum est de medio caput proximum qd eum pcedebat scz pater eius. idem de pnepte et ceteris liberis. Dicitur autem ideo sui qz do mestici sunt et viuo pte quodammodo dñi estimantur: ideo vero necessarij: quia iure ciuili iniurii co- gebantur heredes fieri. Sed de iure pretorio permittitur eis abstinere si velint. probatur predicta omnia. institu. de here. qua. et diffe. s. sui autem. et s. sed sui. et de here. que ab int. defe. s. et s. ita demum. Extranei heredes sunt qui iuri testatoris subiecti non sunt hinc est qd emacipati filii extranei heredes sunt. item liberi instituti a matre heredes eodem nomine sunt: qd semine non habent in potestate liberos: vt insti. de here. qua. et diffe. s. ceteri. licet nihil minus instituti vel exheredati esse debeant: vt dicetur in sequenti rubrica.

# De illis q oīno institui vel exheredari debēt. Rubrica. xliij.

**T**raciatu istuz pone tabellio sup cor tuu signaculū: qm ex ipso pender doctrina testamentorū: et tota fere virtus et pondus. Attende igitur qd quida sunt ad quos ita stricto iure legi tima spectat hereditas: vt nisi oīno instituatur vel rite exheredē-

tur testamētum aut est ipso iure nullum: aut rescinditur. et ad hos cognoscēdos opz notare tres ordines vel lineas: quar p̄ia ē ascē denti seu parētus nō opz: et h̄i sunt paterni: materi: avii: pauus: pauia: abauus: abauia: attauus: attauia. abinde supra dicuntur maiores nři. Se cūda est liberorum nřorum: et h̄i sunt filii: filia: nepos: neptis: pnepos: pneptis: at nepos: at neptis: tri nepos: tri neptis. labide et infra dicuntur descendētes nostri.

**G**additio. Als dicitur posterios restv. ff. de gra. l. fi. s. parentes. Gerardus mulert.

**G**Et in istis duabus lineis sunt illi qui oīno debēt institui vel exheredari. Tertia est trāsversalium seu collateralium. et h̄i sunt frater: soror: fratris: sororisqz liberi. itez patrii: ramita: auunculus matrteria et eoz liberi. sed hos non habeamus necesse instituere vel exheredare.

**G**additio. Qd intellige nisi turpis persona heres scribat: quo casu opz etiā instituere fratres et sorores. alioqz rumpēt testim p̄ querela. ultra eos nō minime. s. soror autes. insti. de inoff. testa. et ff. eo. l. s. Berar. mu.

**G**Et qd tales linee sint gradus et ordines ascēdētium et descēdētium et collateralium. pbatur insti. de gradibus cog. a prim. ti. usqz ad s. hactenus. Igitur tercia linea omissa ad primas duas referamus nos. Et est diligēter notadūz qd scda pcedit primam in ordine succedēdi. Nam testator quādū habet aliquam ex descendētibus suis seu liberis non cogitur de ascēdētibus facere mentionēz: qd ppter naturalē erga liberos charitatem prima cā successionis est liberorū: quia oīa bona nostra liberi nostris ex voto parentis debetur: ipsi usqz in infinitū ceteris preferuntur: vt insti. de here. que

Frater et  
soror quā  
do possit  
testim rū  
pere.

Liberis  
existēbū  
non cogitē  
qz de ascē  
dētibz fa  
cere men  
tionez in  
suo testā.

# Prima pars florū

ab int̄. de se. s. s. t de seruili co-  
gna. s. repetitis. t. s. de inossi. te-  
sta. l. nam et si. in prin. t. in aut. de  
here. ab int̄. veni. in prin. col. ir.  
Et ideo de prima linea q̄ est desce-  
dentiū seu liberor̄ nōr̄ primo  
dicam. Postea de linea parētūz  
seu ascendētūm. Liberor̄ ergo.  
quidā sunt legitimū t naturales  
simul. quidā naturales tm̄. quis  
dam tm̄ legitimī. quidam nec le-  
gitimī nec naturales.

**Liberor̄ species.**  
Additio. Has species liberor̄  
ponit glo. s. insti. de adop. s. r̄. ad  
dit p̄cerea. d. g. quintam speciem  
vide latius clarius de hac distin-  
ctione liberor̄. p̄ Christ. por. sup  
dictam glo. s. Berar. mi.

Item eorū qui sunt legitimū t na-  
turales; q̄daz sunt primi gradus  
vt filij; q̄daz secundi vel vltioris;  
vt nepos neptis / p̄nepos mep̄s  
t sic deinceps. Itē eorū quidā sunt  
masculi / quedā femine; q̄dam in  
potestate; quidā emācipati; q̄daz  
nascituri sive posthumi. de q̄bus  
in sequētibus titulis t rubricis  
suo ordine est agēdum.

**C De liberis primi  
gradus legitimis et  
naturalibus iam na-  
tis. Rubrica. xiiij.**

**E**bet testator  
pater t mater filios t  
filias legitimos t na-  
turales; etiā eos qui  
iūs legitimor̄ adepti sunt: cum  
quorū videlic̄ matre olim legitima  
cōcubina pater nuptias p̄traxit:  
botalib⁹ additis instrumētis; tā  
masculos q̄ feminas; q̄gines mu-  
ptas t viduas. tam etiā emācipa-  
tos q̄ emācipatas q̄ in prāte exi-  
stētes instituere vel rite exher-  
dere aut rite p̄terire t legitime.  
alioquin inutiliter testabitur; vt  
insti. de exherē. li. s. r̄. si. t. s. illa-

vero constitutio. t in aut. vt cum  
de ap. cognō. s. aliud quoq̄ capi-  
tulum. col. viii.

**Additio.** Hodie nō requirūtur  
instrumēta dotalia de iure cano-  
nico q̄ ad legitimationē. de quo  
p̄ scri. in. c. tāra. qui filii sint legiti-  
mi. t p̄ Jo. fa. t Ange. are. in. s. fi.  
sup glo. in v̄bo instrumētis. insti.  
de nuptijs. t p̄ Bar. in. l. cū quis.  
C. de natu. libe. t hoc tenuit etiā  
notabilis dñs p̄cepto: me⁹ legū  
doctor exim⁹ Nicolauſ. de capel-  
la bruxellē. in. d. s. fi. louanij. or-  
dinariē legēs institutiōes. p̄ tex.  
in. d. c. tāta. Berar. mu.

Nec mireris qđ de filiab⁹ femi-  
nis dixi. Itē qđ de emācipati mas-  
culis feminis: qđ e debent a  
p̄fē t matre institui vel rite exhe-  
redari femine: vel etiā legitime  
preteriri: quēadmodū masculi  
emancipati vel emācipate sicut  
sui t sue: cū nulla hodie q̄tuz ad  
hoc sit differentia rōne sexus vel  
patrie p̄tatis; nihil intersit in-  
ter masculum t feminā remācipa-  
tum t suūt in. d. s. n̄rāxō p̄stitu-  
tio. insti. de exherē. li. t. C. de lib. p̄.  
l. maximū virtū l̄ sit in hoc inter  
eos differētia qđ diuersis iurib⁹  
t rōnibus ad testamēta parētūm  
rescindēda p̄cedunt.

**Additio.** De quo plene p̄ bar. in  
aut. ex causa. v̄si. querō sc̄do qđo  
irritatur testamētu ex causa p̄  
teritionis t. C. de libe. preteri-  
tis. Itaq̄ nota qđ non est peni-  
tus sublata differētia patrie po-  
testatis t emācipatiōis; cum vt  
supra dictu⁹ est diuersis iuribus  
t modis ad testamenta paren-  
tum rescindēda procedant eman-  
cipatus t suis. et dicam plene. s.  
in Rubrica de legitimis tantum  
liberis; de quibusdaz t. s. si ta-  
men videre. Item adde qđ est etiā  
differētia inter emancipatum t  
suum: in collatione donationis  
simplicis. Suis enim donatio-  
nem simplicem sibi a patre factā

P̄tis t emā-  
cipatiōis  
dñia non  
est penit  
sublata.

non confert. emacipatus vero confert. de quo p Bar. et reliq[ue] scrip. in aut. ex testamēto. C[onstitutio] de colla. et in l. si emacipati. eo. tit. Quid autem opetur ex illeteria sui heredis. vide late p Bar. in l. si filius qui patri. ss. de vulg. et pup. sub. et per eundem. in l. s. C. si ut ab here. se absti. et rāgam. s. in Rubia. de pu[er]il. substitutione. s. octauo dictū est rc. Berar. mulert.

**P**rius po-  
testasma  
trimonio  
vō soluit.  
Nec etiā credas q[ui] licet femine  
sint nuptie propterea sint a p[ro]tate  
patria liberata; q[ui] m[atrimon]ium  
nō est modis dissoluedi patriam  
p[ro]tegit hoc est ver[itas] de iure nō;  
vt. C. de p[ro]di. inser. l. si v[er]o re. et in  
isti de se. cōsul. tertu. s. postea au-  
tem. Sed de iure longobardorum  
mulier est in potestate mariti et  
non patris.

**A**dditio. Ita dicit glo. in d. s.  
postea ait. Aduerte tñ q[ui] iure no-  
stro mulier est in potestate mari-  
ti sui: quo ad debitis carnis. Nam  
v[er]o non h[ab]et p[ro]tates sui corporis rc.  
et nō debet. s. si. quaternaria. de  
cōsan. et assi. facit ppter hoc relin-  
quet h[ab]et patrem et matrē rc. vt in  
gaudemus. s. si. verū absolum.  
de diuor. ammo etiā vt eadē ma-  
rito teneatur opari: vt vult glo.  
in l. sicut p[ro]onus. ss. de ope. liber.  
et glo. in d. s. postea autez. et ibi la-

**V**eror an-  
teneat se  
etiā mulier sit subiecta viro vt te  
qui mari-  
neatur ei sequi p[re]grinatē. Re-  
tum pere spōdet Bar. in l. meua. s. s. ss. de  
grinatē. s. si. liberte. C. de  
ope. liber. q[ui] aut modica p[re]grin-  
atio et honestatū tenetur eum  
sequi. si longa. et tunc aut erat ita  
maritus solitus p[re]grinari seu  
vagari: quo casu si mulier eo tpe  
quo nupl[us] eidem sciebat eius co-  
ditionem: tñc teneatur eius sequi.  
arg. l. plenū. s. equitij. ss. de vsu. et  
habita. et. C. de spōsa. l. fina. circa  
medium. et. promittendo. s. pe-  
nul. ss. de iure do. als non teneatur  
eum sequi. ar. l. qd nisi. in s. ss. de

ope. liber. ita dicit Bar. ybi. s. et  
Ange. are. in. d. s. postea aut. insti-  
tu. ad terrul. vide glo. singularez.  
xiiij. q. s. vna queq[ue]. et glo. in. c. s. de  
cōiu. lepro. Quid aut in incarce-  
rato vel exule. p[ot] r[es]ideri q[ui] si po-  
pter delictū et culpā viri id cōtin-  
gar nō teneatur sequi. arg. eo. us  
que notātur in. c. s. qui matri. ac.  
pos. si nō sine culpa: tñc tenerur  
ipsum sequi. et p[er] hoc facit optime  
glo. in. d. c. vna queq[ue]. et facit ratio-  
nib[us] emi tñ humani q[ui] fortuitis  
casibus mulieris maritū vel vro-  
rem viri participem esse. l. si cum  
dotem. s. si marit. ss. solu. ma. ita  
dixit egregi⁹ dñs p[re]ceptor meus  
iurius vtriusq[ue] doctor excellētissi-  
mus dñs Babuel de mera. ss. sol.  
matri. sup rubri. in lectiōne sua or-  
dinaria in preclara vniuersitate  
Louaniensi. Berar. mu.

**E**t nota s[an]cti Mar. (licet q[ui]dam  
ptrariū dicere videatur) nō suffi-  
cere doratas instituere tm in do-  
tētū in aliquo vltro. instituon-  
tū: q[ui] dotem non p[ot] dici habe-  
re a patre iure institutionis vel  
legatū: q[ui]a nō ei adimere p[ot] vlt  
ss. ad leg. falcidiam. l. parer. in  
prin. et ideo tutius est ut semper  
vltra dorem aliquid iure institu-  
tionis accipiunt.

**A**dditio. Facit ad p[re]dicta: quia  
dos ipsius filie patrimonii est. l.  
in. s. sed vtrum. in s. ss. de mino-  
bus. in quo nō valet institutio. s.  
sed si rem legatarij. insti. de lega.  
istud sequitur Azo in summa. C.  
de libe pr[er]ritis. Sed cōtrarium  
tenet Spec. in ti. de instru. edi. s.  
cōpendiose. s. si. sed sup forma po-  
cedēti rc. et hoc vult etiā glo. in. d.  
s. sed vtrū. que soluit aliqua ar-  
gumēta cōtrariuz suadētia. fate-  
tur tñ tutus esse vt in aliquo vlo-  
tra instituatur. Berar. mu.  
Item scias p[ro]fessos in monaste-  
rio institui dehere: sicut et ceteri  
debēt. C. de ep[iscop]i. et clerici. vlti. s.  
hoc etiam cognitum.

# Prima pars florū

Ingrati-  
tudo p re-  
ligiōis in  
gressum  
tollitur.

**A**dditio. Aduerte q̄ hoc est ver-  
etiam si ante ingressum cōmis-  
sent aliquā ingratiudinē ppter  
quā potuissent licite exheredari.  
tal is em̄ ingratiudo p religiōis in-  
gressum tollitur. rix. q. iij. c. pe. et  
in aut. de mona. in princ. colla. s.  
vbi dicitur q̄ religiōis ingressus  
vēm maculā abstergit. Item limi-  
ta p̄dicta n̄i p̄fessi sint religio-  
nem beati Frācisci. nam illi non  
sunt capaces successionum p̄ in-  
cle. exiui. h. cuz em̄ vñatez. vñ. qz  
igitur. de h̄bo. sig. Uñ dicit Bart.  
in. l. si in metallū. ff. de his que p  
nō scrip. ha. se cōsuluisse q̄ si fra-  
tres minores iſtituātur heredes  
hereditas est p̄non scripta: t re-  
manet apud heredes ab intesta-  
to. d. clemen. exiui. vbi d̄r. q̄ tota  
liter sint oīs hereditatis incapaci-  
es. de hoc tñ vide latius p Inno.  
in. c. in p̄sentia. de pba. t Bald. in  
aut. ingressi. C. de sacr. san. eccl.  
Berar. mu.

**D**e exheredationib⁹ aut̄ scire  
debeshq̄ hodie iure nouo testator  
sue pater fuerit sue māter: siue  
quicq; alter de superioribus parē-  
tibus si aliquē de liberis suis in-  
stituere noluerit debet eñ noīa-  
tim: t cū causa legib⁹ approba-  
ta exheredare vel p̄terire causaz  
exheredationi p̄teritionire adi-  
ciēdo sic dicēs. filiū meū vel nepo-  
tem meum: qz manus atroces in  
me iecit exheredo: vel sic. filium  
meū exheredo: qz vt maleficis cū  
maleficis versatur. vel similia. sic  
em̄ exheredādo vel p̄terēdo le-  
gitime testabitur. alioquin p̄tra  
vt insti. de exhere. li. in prin. t de  
here. que ab intesta. defe. h. eadē  
hec. t. ff. de p̄tra ta. l. nō purauit.  
versi. nō queuis. t in aut. vt cū de  
sp. cogno. h. aliud quog. Idem  
dicēdū est p̄e filiis testātibus: re-  
spectu parētū suorū vt in. d. aut.  
h. hec q̄dēz de parētū. Et sic no-  
ta nullā esse hodie differētiam q̄  
xit. Si vero esset tacitum fideicō  
missum, de quo in l. in fraudē, in  
prin. ff. de his q̄bus ut indig. tūc  
applicaretur fisco; vt. l. s. cū simili  
bus. ff. de iure fisci. vide latius p  
ēndez Bar. vbi. s. An aut̄ h̄moi  
filij nati ex dānato coitu aliquo  
modo legitimari possint q̄ro? Re  
spōde fīm Ange. perū. in. s. fi. in se  
pe dicto aut. q̄bus modis na. effi.  
sui. q̄ t̄m vñico modo legitimari  
possunt sc̄s p̄ rescriptū principis  
dicētis q̄ eos legitimos facit nō  
obstāte illa lege aliter em̄ legitim  
ari nō possunt. Ita vult etiā gl.  
in v̄bo participiū. in. d. s. fi.

Natura  
les q̄bus  
modis le  
gitimē  
tur,

Alij aut̄ naturales sc̄s multis modis  
legitimari p̄nt. de q̄bus p̄do. An  
se. in. d. s. fi. sc̄s p̄ subsequēs nr̄is  
moniūz de quo nulla est dubita  
tio. itellige filij tñ volētibus vt  
ḡnialiter. in. d. s. auf. quib⁹ mo  
dis na. Alio modo p̄ oblationē cu  
rie. Tertio modo in testamēto p̄  
re scriptū principis. Quarto si pa  
ter eos in testamēto solēni filios  
appellauit tc. vide lat⁹ p̄ eñdez.  
Gerard. mulert.

## De institutiōe pa rentū seu ascēdētiū.

### Rubrica. xx.

**A**m dictu⁹ est  
de p̄sonis linee descen  
dētis; sc̄s liberis nr̄is;  
qui in ordine succedē  
di priūm ⁊ potiorez locū obtinet.  
Nunc v̄o de p̄sonis linee ascēdē  
tis; sc̄s parētibus nr̄is dicamus.  
Est igitur sciētis; q̄ si ego testa  
tor. vel testatrix nullū habeā li  
beroz a me necessario instituēdū  
vel exheredādū vt in supiorib⁹ di  
ctu⁹ estis; parētēs sine parētēs le  
gitimost naturales; ⁊ in eo statu  
vt liceat mihi testari; pura emaci  
patus vel aliter mei iuris fact⁹;  
tūc ad eos instituēdos si v̄tiliter  
testari voluerō me cōuertere co

go. Nam deficiētibus p̄sonis lí  
nee descēdētis vocātur ascēdētes  
vt. C. ad se. con. tertu. auf. de uno  
cto. q̄ h̄uis turbatur ordo mor  
talitatis sc̄s q̄ p̄moritur fili⁹ p̄ri  
tñ parētēs ad bona liberoz ratio  
miserationis admittit ⁊ t̄ nō mis  
eris parētib⁹ q̄ liberis pie relin  
qui d̄z; vt. ff. de inossi. testa. l. nā ⁊  
si parētibus. in. pn. Instituā itaq̄  
parētēs meos nulla inter patē  
nos ⁊ maternos differētia habi  
ta. habita tñ gradus progratiuat  
vt pura si patrem ⁊ matrem ha  
beam v̄trūq; instituam ⁊ si soluz  
patrem / vel solā matrem illū vel  
illā instituam. de ayo aut̄ vel de  
auia vel alio ascendēte nō cogor  
tūc mētionez facere; quia p̄cedit  
eos gradu pater vel mater; sed si  
nec pater nec mater adsit mihi  
tunc eum vel eos qui mihi sunt p  
ximiores in gradu ascēdētiū in  
stituere debeo; eodē em̄ modo ab  
irestatō succedēt; vt in auf. de he  
redi. ab intest. veni. s. fi. igitur de  
functus. col. ix. ⁊ qr ⁊ eis cōperit  
querela in bonis liberoz q̄ testa  
ri potuerit ⁊ t̄ nō habebat descen  
dentes; vt. C. de inossi. test. l. libe  
ri. ij. r̄fiso. sufficit aut̄ si parentem  
instituēdū instituā in sua legitī  
ma portione que iure nature de  
betur parētibus; que est triēs bo  
norū quādo nullū habeam libe  
ro; vt in auf. de hered. ⁊ fal. s. p̄i  
mum. colla. s. et in auf. de trien. ⁊  
se. s. s. col. iij. Et si in minori insti  
tuerez mihi minus tenet in mo  
dico testamentū; licet agi pos  
set ad supplementū vt in libe  
ris dictu⁹ est. s. in rubri. de legitī  
mis t̄m liberis tc. v̄si. item nota  
q̄ nō interest. Sed h̄uis ita di  
ctu⁹ sit q̄ p̄dictos parētēs meos  
instituere debeam ⁊ ramen eos  
possum exheredare vellomittere  
si legitima subsit causa. nam pa  
ternos ⁊ maternos parentes vel  
instituere vel rite exheredare vel  
pterire debeo; sc̄s legitima causa

# De instōne parētum seu ascendētium. fo. xxij.

adiecta. alioquin testamentum meū rescindetur: ut in aut. vt cu<sup>s</sup> de ap. cog. s. t̄ hec quidem. c. s. tales igitur. colla. viii.

Additio. Hoc vero h̄tuz ad insti-  
tutiones solā. cetera em̄ firma po-  
manet. vt o. s. si tales. sic. si aut̄  
hec oia. et in aut. ex causa. C. de li-  
be. pte. Berar. miu.

Sed q̄bus vijs rationibus in  
quolibet dictor casuum rescinda-  
tur: causa breuitatis omitto.

Additio. Dic q̄ hoc late p̄ra-  
ctat Bar. in. d. aut. ex causa. C. de  
libe. pte. s. c. circa secundum. sc̄  
quādo querimus t̄c. et idem Bar.  
in. l. filio preterito. ff. de iniust. te-

re. s. circa scdm principale. vbi  
sic cōcludit. aut loq̄m̄ur de matre  
vel eius linea aut de pte vel eius  
linea. primo casu aut p̄tereritur  
vel exheredantur sine causar. te-  
stamētum est nullū: q̄ deficit in  
substātialib⁹ dicta aut. ex cau-  
sa. vbi hoc norat ipse Bar. aut cu<sup>s</sup>  
causa et t̄c siue p̄tereritur: siue ex  
heredetur idē est: q̄ semper habet  
necessit̄ int̄rare querelā: cū talis  
preterito p̄exhereditatus habeat  
ut in isti. de exhere. libe. s. ma-  
ter. t̄l ibi loquatur in ascēdēti-  
bus p̄teritis: idēz in ascēdētibus  
vt. C. de inoffi. testa. l. cū filiū. et  
ff. de inoffi. testa. l. s. Si v̄o queri-  
tur de patre vel eius linea: et t̄c  
aut pater vel annus est p̄teritus  
vel exheredatus a filio emācipa-  
tor. aut a filio in p̄tate constituto.  
primo casu aut sine causa et testa-  
mentum est nullū: q̄ deficit in  
substātialib⁹: vt norat idem  
Bar. in. d. aut. ex causa. et in. d. l. fi-  
lio p̄terito. aut cū causar. t̄c aut  
est p̄teritus et habet p̄tra tabulas  
vt. ff. si a pa. q̄ siue. ma. l. s. Aut est  
ex heredatus et haberet querelā: vt  
l. s. t̄l. pater filium. cū similibus.  
ff. de inoffi. testa. Si v̄o est p̄teri-  
tus a filio in p̄tate p̄stituto: et t̄c  
aut restatur extra castrense vel  
quasi et non potest: sic testamen-

tum est ipso iure nullum ex dese-  
ctu p̄sonae testat̄is: vt. ff. de testa.  
l. qui in potestate. t̄. C. qui testa-  
face. possunt. l. penul. Si v̄o testa-  
tur in castrensi vel quasi quod po-  
test sit glo. variat. nam quādoꝝ Filiusſa  
dicunt q̄ tale testamētum nullo miliasni  
iudicio potest retractari. ita no-  
les testim̄  
ta. in dicta aut. ex causa. et. C. de facies de  
inoffi. testa. l. de inofficio. t̄. ff. de castrensi  
inoffi. testa. l. s. qui idōꝝ dicunt gl. an hodie  
q̄ testis nō rumpitur: sed agitur parētes si  
ad legitimam cōditione ex lege: ne cā pre-  
vt nota. C. de episco. t̄ cle. aut. p̄s.  
terire vel  
byteros. t̄ eo. tit. l. cum lege. et in exhereda-  
aut. de sanctissi. episco. s. p̄sbyte re possit.  
ros. col. ix. quādoꝝ glo. dicunt q̄  
iura antiqua corriguntur in hoc  
quia hodie testamētum filii su-  
per castrense vel quasi subiacet  
querelē: vt nota. C. de inoffi. testa. l.  
Papinianus. s. papinianus. t̄. ff.  
si a paren. quis siue manumis. in  
Rubrica. t̄ hāc opinionem tenet  
Iaco. de are. vt refert ipse Barto.  
vbi. s. t̄ placet ipsi p̄ter. in aut. vt  
cum de ap. cog. s. t̄ hec quidem.  
col. viii. nam textus ibi loquitur  
in filiosa. in casu quo potest testa-  
ri: sed hoc non potest: nisi in ca-  
strensi vel quasi: ergo in illo casu  
loqtur. Dic ergo aut filius in pos-  
testate p̄teritus vel exheredat pa-  
trein sine causa: et testim̄ est nullū  
ipso iure: q̄ deficit in substātiali-  
bus: aut cu<sup>s</sup> causar. tunc aut p̄te-  
rit et dicit nullum: aut exheredat  
et test locus querelē: vt in filio p̄te-  
riro. de quo dixi late supra in ru-  
brica. de legitimis tātuz libe. hec  
quātum ad modum rumpēdit: q̄  
tum vero ad p̄testationem lega-  
torum est idem in uno quod in  
alio: vt probatur in dicta aut. vt  
cum de appell. cog. s. si autem hec  
omnia. hecille in dicto auten. ex  
causa. et in dicta. l. filio p̄teriro.  
Item nota q̄ sunt sepm cause  
propter quas liberi possunt ex-

## Prima pars florum

**E**xheres heredare parentes suos; que oēs  
dari parē enumerātur in dicto. §. 7 hec qui  
tes a libe dem. vsc ad. d. §. si tales. **P**rima  
ris ppter est: si de crimen eum accusauerit  
quot et q̄s excepto crimen lese maiestatis.  
cas pos Secundasi vite filij parens fue-  
sint. **T**ertia: si vxori aut

concubine filij pater se cōmīscue  
rit. Quarta: si parēs filium testa  
ri in quo poterat p̄hibuit. Quin  
ta: si parēs nō egit curam filij cū  
esset furiosus. Sexta: si filium ca  
ptum a saracenis nō redemit pa  
rēs. et si moritur intestat' filii pa  
rens non succedet: sed ecclesia. et  
dabitur bona eius p redēptione  
captiuoz. Septima causa est: si  
filius sit orthodoxus. parēs vero  
nō catholicus. Unde v̄sus. Sed

## **Gerus,**

**Z**egitia  
parcētum  
an sit ho-  
die aucta  
sicut filie  
sum.

*Legitio  
mā an pa  
rēs hodie  
h̄e debe  
at neces  
sario iure  
instōnis.*

heredare parentes suos:que oēs  
ē enumerātur in dicto. §. et hec qui  
e dem. vslg ad. d. §. si tales. Prima  
r est: si de crīmīne eum accusauerit  
s excepto crīmīne lese maiestatis.  
Secunda: si vite filiū parens sue-  
rit infideliatus. Tertia: si vxori aut  
concubini filiū pater se cōmīscue-  
rit. Quartā: si parēs filiū testa-  
ri in quo poterat phibuit. Quin-  
ta: si parēs nō egit curam filiū cū  
essel furiosus. Sextā: si filiū ca-  
ptum a saracenis nō redemit pa-  
rēs. et si moritur intestarē filiū pa-  
rens non succederet: sed ecclesia. et  
dabitur bona eius p redēptione  
captiuorē. Septima causa est: si  
filius sit orthodoxus. parēs vero  
non catholicus. Unde vsls. Sed  
pater ex septez. si nati spernit ho-  
norem. Hūc accusabili. dira vene-  
na dabat. Tertari retatiorē vro-  
rem diligis eius. Non redimit ca-  
ptum. dum fuit odit eum. Tān  
autem legitima parentum sit ho-  
die aucta: sicut legitima filiorū:  
quero: glo. in aut. nouissima. C.  
de inoffi. testa. tenet q̄ sic. idem  
tenet glo. in aut. de triente et se-  
mis. in. h. colum. in verbo. hoc  
obseruando. colla. iij. et glo. in ver-  
bo. compensent. in. h. de nepotio-  
bus. per illum tex. in aut. quibus  
modis natu. efficiuntur sui. col. vi.  
et hoc sequitur cōmuniter docto-  
res. Item q̄o an pater debeat  
hodie habere legitimam iure in-  
stitutionis: sicut in filiis dictum  
est. h. in rubrica de legitimis tan-  
tum libe. Barto. in dicta auten.  
nouissima. C. de inoffi. testa. mo-  
uet hanc questionem: vbi conclu-  
dit q̄ non: sed sufficit quoquo re-  
licti titulo. Sed idem Ba. to. in  
aut. de triente et semisse. prope si-  
nem princip. colla. iij. et etiam in  
aut. vt cum de ap. cog. h. sive igi-  
tur. col. viii. concludit. q̄ immode-  
bet habere iure institutionis: si-  
cū filius: et hoc tenet Jacob. de  
dilui. in. d. aut. et cū ap. h. aliud.

*t tenet etiam Inno. in. l. his hibis  
in fine principij. s. de heredi-  
stitu. t in. l. s. li ex fundo. eodem  
titulo. in hlicu. uirra predicta te-  
ita relect t tenet etiam Angel-  
are. in. s. igitur quartam. instit-  
de inossi. testa. idem tenet Salii.  
in dicta auf. nouissima. t post euz  
Iason mai. in additio. ad Chro-  
sto. poz. insti. de inossi. testa. s. si.  
Herardus mulert.*

## C De extraneis et voluntarie instituēdis.

Rubrica.xx.

**A**bies itaq[ue] personas vtriusq[ue]  
linee ascendentis  
scilicet descendente[s] tis necessario insti-  
tuendas vel exhe-  
redandas: vt teneat testamētū. Sed quoniam cetere alie psonae  
que sunt de linea collaterali dicū-  
tur extranei heredes: vt voluntas  
rie instituitur: idcirco de ipsis ex-  
traneis heredib[us] videamus. Ig-  
tur si illi vel illos quem vel quos  
habeo legitimos descendentes  
vel ascendentis meos instituen-  
dos vel exheredādos; instituam  
quidem non in vniuerso: sed in  
parte vel re certa: tūc extraneus  
in residuo bonorum meorum vni-  
uersalem heredem instituere po-  
tero. Nam si non inveniretur vni-  
uersalitatis: tunc is qui esset institu-  
tus in parte vel in re certa habe-  
retur pro vniuersalit. l.s. s. si ex-  
fundo. ff. de heredi. instituen-  
do. Item si dicros filios meos legi-  
timos omnes exheredauero. et  
tunc extraneus instituam. aliter  
enim non valeret testamētū in  
quo nō esset heredis institutio:  
nē. ut institu. de fideicomissa. hered-  
ib[us]. in primis. **G**additio. Cir-  
ca hoc an valeat testamētū si  
de heridis institutione potes di-

*Zestri et  
et quoniam  
et sine he-  
redis isti  
lumione.*

# De extraneis voluntarie instituēdis heredib⁹. fo. xxiij.

stinguere, q̄ aut constat testatorum voluntate facere testamentū et non valet nisi ibi sit hereditis institutione. vt. ss. de tute codicil. l. s. Aut constat q̄ voluntate legare et fideicomittere, et tunc valet sine herede scripto. vt. in. s. preterea. insti. de fideicom. here. aut est dubium et tunc si facit mentionē de herede videtur voluntate facere testamētū, et hoc casu sine herede nō valet testamētū. vt. d. l. s. r. ff. de testa. is qui. r. C. eo. nō codicillū. Item quando facit aliquā exhereditationem, nā tunc in dubio voluit testari cū exhereditatio nō nisi testamēto fieri posset. s. codicilis aut. insti. de codicil. r. l. non codicillū. s. allega. et sic sine heredis institutione/ qđ est caput testamenti non valet testamentū. l. fina. ff. de codicil. r. in. d. s. in. pri mis. Gerardus mulert.

Item quādō nullū habeo liberos sū vel parentū predictorū ad hereditis extranei institutionē accessant: siue sī naturalis meus siue aliq̄s de collateralibus: siue alia quecunq̄ persona. Sed quoniam inter extraneas personas quedā sunt que institui nō possunt, nec ex aliquo capere testamēto iccirco de illis videndum est quia per cōsequēs apparebit ceteras als posse institui.

Additio. Facit. l. cū pretor. ff. de iudi. r. l. ex eo. ff. de testi. r. xxv. di stir. qualis. Gerardus mulert.

Itaq̄ institui nō possunt deportatus ppter aliqd delictū, in insulam: qđ pegrinus est. i. nō in ciuitate. vt. C. de here. insti. l. s. Itē dā natus in metallū: qđ pene seruiss effect⁹ est. vt. ss. de his que pro nō script. habent. l. s. in metallum.

Additio. Hoc verū nisi ei sit relictum in cām alimentorum: hoc em̄ capere posset. d. l. s. qđs in metallū r. l. is cui. ff. de ali. et ciba. le. sicut et in spuriō. s. rubric. ii. proxime dixi. Gerardus mulert.

Item heretici quia tanq̄ criminis lese maiestatis tenent: et cum alijs hominibus nihil ex legibus vel moribus habent cōmune. vt. C. de hereticis. l. manicheos. Itē baptismatis iteratores quia species heresist est sancti baptismata iterare. vt. C. ne sanctum baptisma iteretur. l. nulli. r. de apost. l. h̄ qui. Itē apostate qui nomine christianitatis imbuti sacrificia postea fecerint idolis per prōditionem diuinī ministerij in prōphana migrando: vt. d. l. h̄ qui. Item collegia illicita. i. nō habētia speciale priuilegiū eo qđ non sunt a senatu vel principe approbata. vt. C. de here. insti. l. collegium. Itē incestuosus. i. spurius testatoris ab eo institui non pot. vt in auf. qui. mo. natu. effic. sui. s. vlti. colla. vi. de quo dic. vt. s. ii. rubric. proxime dictum est. Item mulier que nubit infra tēpus luctus. vt. C. de secun. nupt. l. s. r. in auf. de nupt. s. prime siquidē nuptie. col. iii. iure tamen canonico hec pena abolita est. mulier enī sim paulum soluta a legevirī cui vult nubat in dño. vt. in epistola sad Corinthios. ca. viii. r. extra de secun. nupt. c. penul. r. l. fina.

Additio. Nota qđ hec ē cōis opinio doctor⁹ qđ pena qđ imminebat mulieri de iure ciuili ppter festinationē: qđ nubit infra tēpus luctus est hodie sublata de iure canonico. p. d. c. pe. r. fi. Sed penam quā partitur qđ nubit scđo de qua in. l. feminine. cū sequentib⁹. C. de secun. nupt. non est sublata hodie ita norant cōmitemer scribentes in. d. l. s. C. de secun. nupt. r. Inno. et Joan. an. in. d. c. pe. r. fi. r. Ang. are. in. s. legari. institu. de leg. Uide de hac materia latius per dñs Panor. in. d. c. fi. de secun. nupt. Ad. de qđ mulier pariens intra tēpus luctus / si modo incubitatū sit so bolem hanc ex defuncto nō existe reson est capax hereditatis aut

Mulier  
nubēs in  
tra tēpus  
luct⁹ an  
hodie in  
currat pe  
nas lega  
les.

heredes  
institui qđ  
non pos  
sunt.

# Prima pars florū

alicius legatī vel donatiōis causa mortis. auf. hisdem penis. C. illo. titu. idem si nō pariat sed stu-  
prum cōmittat. vt dicit glo. in. d.  
auf. hisdem penis. Non enim de-  
bet plū habere castitate luxuria.  
vt est text. in auf. de restitu. et ea  
que parit. in. x. mēse ppe finem.  
col. iiii. ynde sumpta est supradic-  
ta auf. quod nota. contra petu-  
lantes et lascivas istas viudas rc.  
Gerardus mulert.

G Itē incerta persona institui nō  
potest. quia certus dū demōstra-  
ri heres. vt. ff. de here. insti. l. quo  
tiens. in. prin. t. s. heres. auf. t. e.  
titu. l. in. tēpus. s. quoties. s. hoc  
fallit in pauperibus christi / q. l.  
incerti sint / tñ si instituāt diuini  
iuris et pietatis intuitu tenet in-  
stitu. vt. C. de epis. t cle. l. id qd. et  
l. nulli. t. l. si qs ad declinandam.  
G Additio. De hac materia latius  
dictrī est. s. in. ru. heredis institu-  
tio in qua ultima voluntate. rc.  
Gerardus mulert.

G Itē seruū accusatus de adul-  
terio cū dña sua cōmissor; q etiam  
dña de eodē crimine fuerit accu-  
sata; ab ipsa dña istitui nō pōt ut  
insti. de here. isti. s. est aut̄ casus.  
G Additio. Personas. s. per dñm  
Rolaninū nominatas enumera-  
rat glo. institu. de lege. s. legari.  
G Adde sup: adictis damnatū ad  
mortem qui seruū pene efficit.  
l. quod ad statū. t. l. quivltimo. ff.  
de penis. t. l. eius qui. s. penul. ff.  
de testamen. Adde etiam frates

minoribz. minore. cle. exiū. s. cū enim ad  
quēadmo dñ relinq  
possit.  
Fratribz  
minoribz  
queadmo  
dñ relinq  
possit.  
de  
testamen.  
Adde etiam frates  
minores. cle. exiū. s. cū enim ad  
veritatē. de verbo. signi. Aduer-  
tetam q fratribz minoribz  
pro alimentis relinqnt potest: qz  
potius in facto qz in iure cōsistit.  
ita dicit Barto. in. l. legatū. per il-  
lum textū. ff. de capitibz dimi. idē  
Bar. in. l. quidam sunt serui. ff. de  
penis. t idē in. l. seruos. ff. de ali-  
men. t ciba. leg. quod limita secū-  
dū eundē in. d. l. legatū. nisi esset  
annū. nam hoc capere non pos-

sent: quia habet aliquid pprieta-  
tis. Et nota q licet p relictis ip̄s  
fratres minoribz nullā actionem  
habeant. cū in iudicio p tēporali  
re esse nō possint. d. cle. exiū. s.  
veriūtā. officio tñ iudicis cōpel-  
luntur heredes soluere. arg. l. qn-  
tus. t ibi hoc tener Bar. ff. de an-  
nūis lega. t idē Bar. in. l. nec q̄c.  
q. s. obseruare. ff. de offi. p. o. con-  
sul. t leg. vide latus p eundē in. l.  
ciuitatibus. ff. de leg. i. vbi sic dis-  
tinguit cum querit qualiter pos-  
set peti relictū fratribz minoribz.  
Aut est relictū eis p eoz alia  
mentis/ seu alibz necessitatibus;  
et tūc pōt petere sindicus cōist; t  
etia quibz de populo. p quo alle-  
gat. d. l. ciuitatibz. t. s. finantē. in  
auf. de ecclē. titu. col. ix. pōt etiā  
implorari officiū iudicis. vt in. d.  
l. seruos. ff. de alimen. t ciba. leg.  
Si vero fratribz esset aliqd mo-  
determinate relictū tūc videtur  
relictū pro suis necessitatibus. et  
in hoc iudex etiam secularis suū  
potest officium exhibere. vt in de-  
cretali Nicolai: q incipit exist qui  
seminat. s. ad hec quia fratribz  
de verbo. signi. lib. vi. Item adde  
q licet nō valeat institutio quan-  
do ip̄s fratres minoribz sunt insti-  
tuti. vt. s. valet tamē q̄s institutio  
ecclesia fratrū minoribz vt vult  
Bar. vbi. s. in. prin. per illū textū.  
Vide de materia ista latius p eis  
dem Bart. in tractatu suo minoribz  
ricarum. Itē adde damnatū ad p  
petuū carcere. in. d. l. si in metu-  
lū. ff. p his q̄ pro nō scrip. habe. Et  
nota q̄ relictū istis nō auferat p si-  
cū. cū sunt penitus incapaces. d. l.  
si in metallū. t ibi Bar. t idē bar.  
in. l. s. C. de here. insti. vbi repro-  
bat. glo. fina. que vult q̄ relictū  
deportato auferatur per fiscum.  
vbi etiam idem Bar. tractat. Ap-  
eribz annūtus possit heres institui  
de quo latius per Ange. areti. ap.  
s. cum autē. institu. quibus mod-  
ius patri. potesta. solvi. vbi recis-

# De extraneis et voluntariis instituēdis heredib⁹. fo. xxiiij.

tat conclusionē Barto, et subiungit opinionem Sali. aliter dicentis q̄ Barto. subdit tamen in fine non recedendū in iudicādo et consulēt ab opinione Bartho. que et q̄ huiusmodi bāniti nō eā parantur deportatis; quia ut dicit nō perdunt iura cōmūnia; sed solum iura municipalia sue ciuitatis; etiam si essent bāniti cum publicatione bonorum, ita vult Iacob. dare. in l. ex facto. s. ex facto. ff. ad trebel. et alij quos citat id est Ange. vbi. s. hinc p̄cludit Bar. in d. l. s. q̄ si testamentum fieret fīrmā statuti ciuitatis; vel ex speciali priuilegio ciuitatis. vt. C. de testāmentis. l. si non specialitatem ex bānitatis talis ex tali testamēto capere non posset; quia perdit ea q̄ sunt illius ciuitatis. idem dicit de hereditatibus q̄ differunt ex forma statuti illius ciuitatis. sed si testamentum est validum de iure cōmūni vel hereditas deferat ab intestato de iure cōmūni cum ipse retineat ea q̄ sunt iuris cōmūnis possit capere; forsitan tamē ut dicit idē Bar. possit cōmūne sibi auferre tāq̄ ab indigno; cū alā sc̄ quando oīno capere nō possit remaneret hereditas penes venientes ab intestato per ea q̄ supra dicta sunt. de quo vide plene p̄ glo. et Bartho. et alios scribentes in l. hereditas. C. his qui. vt idig. An autē remanere debeat eo casu. et eriā alijs superioribus cum onere aut sine onere quero. Et videt dicendum q̄ sine onere et cum pro nō scripto habeatur. d. l. si in mettallū. et. l. vnicā. s. in primo itaq̄ C. de caduc. rollen. nec obstat. l. s. ff. de his que pro non scriptis habentur. vbi dicitur q̄ q̄ sibi ascriperit si alij restituere a testatore iussus est cum onere fideicommissi id apud heredem remanet quāuis pro non scripto esset. tc. quia ibi nō proprie est p̄ non scripto sicut capitulū in dicto. s. in p̄

mo itaq̄. nam ibi capitulū p̄ non scripto quando persona cui relictum est deficiebat; sicut in superioribus casib⁹ etiā dici potest. nam deportar⁹ dānatus ad mortem et ceteri de quibus supra p̄ deficētibus et mortuis reputātur. In contrario vero non sic; q̄ ibi ex alia causa deficiebat relictum quia sibi ascripsit in testamento; et sic habetur pro non scripto; quia ipsi non debetur. nō autem proprie sicut in dicto. s. in p̄ mo eodem modo responderi potest ad. l. s. ff. illo titu. scilicet de his que pro non scriptis. Hinc dicit notabiliter Bartho. i. dicta. l. fina. q̄ si aliqui coram duobus testibus aliquid relictum fuerit; et is grauatus esset id restituere ecclēsie vel pauperibus; istud relictū est pro non scripto; q̄ iste primus non potest exigere cum deficiat solemnis. vii. vel. v. testinū. Et sic istud remanet penes heredem. l. si veritatis. C. de fideicommissi. tamen cum suo onere. cōstat enim q̄ relicta ad piā causas valent cum duobus testibus. c. relatum. s. de testa. p. o. quo facit optime fīm eundem Barto. dicta. l. fina. Et nota p̄dicta ad limitationem. d. s. in primo itaq̄. Heredus mulert.

Cetero autem persone possunt institui in testamento; et ex testamento capere. sic ergo institui potest homo liber et seruus tam proprius q̄ alienus. preter q̄ in casu predicho. Item paterfamilias et filius. mutus. surdus. furiosus. prodigus. priuat⁹ miles honoratus. laicus. clericus. monachus. ciuitas imperator. imperatrix. fiscus. ecclesia. locus. quilibet maior. minor. posthumus. etiam alienus. Item pauperes christi licet incerti sint ut dictus est. quia in eis pretenditur fauor pietatis et probantur supradicta institu. de here. qua. et disse. s. tes-

Relicta  
ad piā  
cas valē  
corā duo  
b⁹ testib⁹

# Prima pars florū

stamenti autē et C. qui te fa. pos sunt. l. cū heredes. t de here. isti. l. hereditatis. Finaliter autē notabīs q̄ quatuor sunt persone q̄ licet inter extraneos heredes computetur. tamen oīo instituēdū sunt. scilicet emancipatus. vt in isti. de exhe. li. s. emancipatos. Itez filius instituēdū est a matre. licet et extraneus heres sit. vt isti. de here. qua. et di. s. ceteri. et de here. li. s. fina. in si. et de inossi. testa. i pñ. et d̄ senatuscō. orsi. i pñ. et C. l. s. Item nepos ex filia p̄mor tua. vt in autē. de triē. t se. s. neq̄ illo. col. iii. Itē pater instituēdū est a filio liberos nō habēt licet non sit suus heres. vt. ff. d̄ inossi. test. l. Nam et si parētibus. in pñ. h̄j̄ em̄ licet extranei sint; q̄nq̄ tamē loco et numero suorum heredum computātur. vt in isti. de serui. cog. s. repetitus. in si. et duob⁹ sequentibus. s. et debet instituēl rite exheredari alioqñ testamen tum est inutile. scz quātū ad institutiōne aut. ex cā. C. de libe. p̄re. et in corpore vnde sumitur.

Extranei  
qui sint.

Q̄ Additio. Extranei em̄ sunt q̄ te statoris iuri subiecti non sunt. s. ceteri in princi. insti. de here. q̄li. et diff. et s. extranei. C. de rei. yr. acti. Gerardus mulert.

**C** De substitutiōib⁹ et qd sit substitutio: et q̄ substitutionū diuisio. Rubrica. xxij.

**I**cet institutio, num passus prout ex his que dicta sunt p̄pēdere potuisti sit periculosis et dubius. Attamen in substitutiōib⁹ maiores adhuc latēt insidie et pericula imminent graviora. est em̄ earuz documentū implicitum valde et a paucis tabellionibus cognitus adeo

vt in illis dictatorum ignoratiā multorum iura leserit: et testato cum plerisq̄ se fellerit spem et votum. Et propterea tibi cōsulō q̄ te nūs siue ex hac siue ex alia salubriori doctrīa circa hec reddaris sollicitus et ad huiusmodi tua et aliena vitanda pericula magis cautus rigitur cum de institutiōnibus que sunt prim⁹ gradus heredum dictum sit: nūc de substitutionib⁹ que sunt secundarij gradus heredum dicendū est. Substitutioni itaq̄ est secunda conditionalis institutio. facit. l. s. ff. de vul. et pu. sub. Nam substitutioni continet in se institutionem. cum ergo sic dico: an mihi heredem instituo: et si ipsa nō erit heres vel si decesserit frā. sit mihi heres vel frā. instituo. Patet q̄ an pure et primo gradu heres instituitur sed si sequatur conditio q̄ ipse non sit heres vel q̄ decesserit: tunc sub ipso et post ipsū frā. heres eligit. Unde te substitutione quasi sub primo et post p̄mū dei cidentem te heredem statuo et igit̄ institutio est primus gradus heredem multi fuerint instituti. Substitutione vero secundus est. etiam si millesima sit eo q̄ obseruat id est post p̄mū et in locum prime deficitientis venit. vt. ff. d̄ vul. substi. l. i. in. pñ. et de bonoz possessione scz ta. l. i. s. defertur. versi. p̄mo autem gradu. nam et omnes nuptie dicuntur secunde que sequuntur primas. vt. C. de secundis nup. l. si qui. s. talem.

Q̄ Additio. Et notat glo. super rubri. Cillo titu. et glo. sup rubri. ff. de vul. substi. Gerardus mulert.

Q̄ Diuiditur autē substitutio. q̄r alia directaria obliqua siue fidei cōmissaria. Est itaq̄ obliqua siue fidei cōmissaria vel p̄caria illa p̄ quā quis capit hereditatem alio mediatis: scz testator fidei p̄misit heredis alteri restituere. vt i hoc exemplo. an mihi heredes isti tūto

Substitu  
tio qd sit.

Substi  
tuo vnde  
dicatur.

Nuptie  
scde q̄ di  
cantur.

Substitu  
tioniū di  
uisio.

# De substitutione vulgari: tacita & expressa. fo. xxv.

rogas enī p fideicōmissum ut ipaz  
hereditate restituat Franc. tunc  
ergo p fideicō. frāciscus fit substi  
tutus antonior: cū primo dī An.  
hereditate ipsam adire / & aditā  
Fran. restituerer: sic An. media  
te et adeunte hereditatis pueniet  
ad Fran. s. in p̄mis. insti. de fidei  
cō. here. igf si anto. sponte adie  
rit defalcata & retēta trebelliani  
ca portiōe. scz quadrāte. reliquū  
dodrantē Frā. restituet vt insti.  
de fideicō. here. s. sed qz heredes  
et. s. sed qz stipulationes. Si vero  
nolit adire hereditatē veritus ne  
dāno afficeret: prospectū est vt si  
fideicōmissarius diceret suo peri  
culo adire & restituī sibi velle co  
gatur heres institutus a pretore  
adire & restituere hereditatē nul  
la sibi portione retenta / hec enīz  
est fideicōmissivis & natura. vt. l.  
quia poterat. r. l. naz quod. s. qui  
cōpulsus. f. ad trebellia. r. d. s. s  
quia stipulationes. Sed hāc sub  
stitutionem sub dicta forma ver  
bozum raro fieri vīlum est sub qz  
busdam aut̄ alijs verbis sepe con  
tingit. puta quādo instituto titū  
siliūm vel fratrē meū & subiçio. &  
si dicitur Titius quādoqz decess  
erit sine liberis substituo ei seu  
huiusmodi enim verba significat  
et representant fideicōmissariāz  
substitutionē. vt. s. dicetur sub ru  
brica de cōpendiosa. Nunc de di  
recta agendum est. Et est directa  
substitutione per quā quis capit he  
reditatē defuncti nullo alio me  
diantel sibi cooperāte. vnde cū  
dico. An. mihi heredē instituo et  
si ipse nō erit heres Fran. sit her  
es. & sic patet qz si contingat cōdi  
cio qz An. nō sit heres incōtinē  
ti & immediate hereditas peruenit  
ad Fran. & ipse eā per se & sine al  
terius cooperatione adire pōrest

Substitu  
tio dire  
cta qz sit.  
Substitu  
tionis di  
recte diui  
sio,

quibus per ordinē est videndum  
**C De substitutione  
vulgari tacita & exp̄  
sa. Rubrica. xxij.**



## Abstitutio

vulgaris subdiui  
ditur: quia alia ex  
pressa / alia tacita.

**G Additio.** Ad dō ter  
tiam q est partim

expressar partim tacita. vt. s. di  
cam. Berardus mulert.

Gest ast expressa vulgaris q ne  
gationis in se verba hz expressa.  
vt cū prius institutionem deinde

substitutionē facio hoc mō. Ant.

mihi heredē instituo. et si ipse nō  
erit heres Frā. sit heres vel fran.

Substitu  
tio vulga  
substituor ut insti. devulga. sub. in  
princ. Tacita vulgaris est in qua  
negatio nō sonat expressa: sed in  
clusue et tacite subauditur. vt si

duos heredes facio. sic frā. & An.  
mihi heredē instituo. Deinde sub

stitutionē hoc modo & eos inuicē  
substituo p hec verbari eos inui  
cem substituo tacite subintelligi  
tur si. An. non erit heres puta qz

nolit vel qz nō possit frā. insolidū  
sit heres. Et eodē modo si frā. nō  
erit. An. insolidū sit. vt. f. de her.  
insti. l. cū in testamēto. s. hec vība  
et. f. de vul. & pu. substitutione. l.

iam hoc iure. r. l. lucius. in princ.  
Non aut̄ credas qz hec verba mui  
cum substituo possit illū intelle  
ctum hē scz qz si vīnus decedat si

ne liberis alter sit heres: qz si al  
ter eoz puta An. p parte sua here  
ditatē adierit: incōtinēti p ea p  
te substitutione exprirabit. Unī sine

ei liberis siue sine liberis moria  
turnihil refert invulgari expres  
sa vel tacitā: vt semp expiret adi  
ta hereditate. vt. C. de ipu. & alijs  
sub. l. post aditā. Līz emī sic fiat si

An. nō erit heres frā. sit heres ap  
te reliquī qz si An. erit heres frā

Substitu  
tiōnī vul  
garis di  
uisio.

**G Additio.** Substitu  
tio vulga  
ris expres  
sa qz sit.

# Prima pars florum

ciscus nō erit heres: cōditione de  
ficiēt. Sufficiēt autē p̄dicta duo  
exēplaynū sc̄z de expressa: et aliud  
de tacita: q: formā habet q̄ facili  
posset cōtingere. Aliavero exem  
pla ponit lex d̄ tacita vulgaris p̄tu  
ta. An. t̄ Fr̄. vt erue eoz viuet he  
res mīhi esto. l. titius t̄ seius. ff.  
de here. insti. Itē quisq̄ mīhi he  
res erit: si heres filio meo. l. q̄ li  
beris. s. hec verba. ff. de vul. t̄ pu  
er qdā alie quaz forme raro aut  
numq̄ possent contingere. t̄ ideo  
earum expositionem omitto. Ad  
ea enim que frequenter accidunt  
iura potius adaptāda sunt. l. nā  
ad ea. ff. de legi.

**G** Additio. Aduerte q̄ hec substi  
tutio: et eos inuitē substituo. itē t̄  
illa: quisq̄ mīhi heres erit: sit he  
res filio meo: nō sunt pprie tac/  
te vulgares: vt lz videre p̄ Bart.

**S** Substitu  
tiōis vul  
garis ex  
presse vel  
effectus,  
ergo de p̄ma. tc. t̄ p̄ ea. q. i. dicā in  
prima additio post pn. t̄ p̄ Azo.  
in summa. C eo. i. s. col. G Itē ad  
tacite q̄s  
rius q̄ro q̄bus verbis. tc. aliter t̄  
latius tractat quibus verbis fiat  
vulgaris substitutio q̄ dñs Rols  
dinus hic. Gerardus mulert.

**G** Porro vulgaris expresse vel ta  
cite substitutiois effectus est. vt  
ad substitutū pueniant tantūmō  
illa bona testatoris q̄ puenire de  
bebāt ad institutū qui vel noluit  
vel nō potuit esse heres: t̄ nō bo  
na illius heredis instituti. p̄ vul  
garēm̄ substitutionē testator

**S** Substitu  
tio vulga  
ris q̄ redi  
catur vul  
garis,  
in suis bonis instituere poterit/  
nō heredis. nā substitutio dire  
cto: sit heres ipsi testatori. vt isti  
de pupil. sub. post prin. ibi quo ca  
su. Dicit aut̄ ideo vulgaris: quia  
a quolibz̄ de vulgo fieri p̄t: sc̄z a  
quolz̄ testatore: masculo vel semi  
nat parēte vel extraneo. t̄ q: etiā  
cuilibet heredi fieri p̄t pupillor:  
adulto maiori temancipato: suo.  
vel etiam extraneo.

**G** Additio. Ita dicit Azo in sumo

ma. in prin. C. de impiu. t̄ alijs sub  
sti. Adde sc̄dm̄ eundē: dū ille testa  
mentum facere: t̄ hic ex testame  
to capere p̄t. de q̄bus supra suis  
locis dictū est. Q̄ hāc materia q̄n  
quidē difficilis t̄ quotidiana est  
altriūs: attigere opere p̄petiū mī  
hi vide t̄ iurta. l. legau. ff. de libe  
ra. lega. Aduerte itaq; fm. Ange  
are. insti. de vulga. substi. in prim.  
versi. ad primū redeo. post Jo. de  
imo. in. l. s. ff. eo q̄ vulgaris substi  
tutio p̄t sic diffiniri. Vulgaris tiōis vul  
garis substitutio ē substitutio directa  
q̄ a quolibet t̄ cuilibet fieri p̄t.  
nihil habens specialitatis. Item  
fm Bar. in. d. l. s. in prin. versi. ve  
niamus ad materiā vulgaris sub  
stitutionis tc. post ḡu. q̄nq̄ mo  
dis p̄t dici vulgaris. Primo mō  
q̄ oibus paret. vt. ff. de furtis. l.  
vulgaris. cū similibus. Sc̄do ex  
ponit vulgaris. i. directa. vt. l.  
quidā cū filiū. ff. de here. insti. Ter  
tio mō d̄r vulgaris. i. approbata.  
vt. l. s. seru. nauē. ff. de fur. Qua  
tro mō d̄r vulgaris: q̄ sit fictis ver  
bis vulgarib;. Quinto mō d̄r vul  
garis. i. expressa. vt. l. libertates.  
ff. de fideicō. liber. Alio mō d̄r vul  
garis. i. q̄ nihil h̄z specialitatis vt  
ledicto. s. extat. ff. de iure fisci. q̄  
oia huic sp̄enti substitutioni pue  
niunt. G Itē aduerte sc̄dm̄ eundē  
Bar. vbi. s. in versi. sc̄do principa  
liter quero q̄ huiusvulgaris sub  
stitutionis proprie tres sunt spe  
cies. qm̄ alia expressa: alia tacita  
alia partim expressa t̄ partim ta  
cita. Circa primā sc̄z expressas qd̄  
iuerter: q̄ expressum d̄r tribus mo  
dis. Primo mō d̄r expressu d̄r illud  
qd̄ in genere d̄r. vt. l. s. in fi. t̄ qd̄  
ibi nota. C. qd̄ cū eo. sc̄dm̄ vnam  
opinionē. Sc̄do mō d̄r expressum  
qd̄ speciali exprimit. vt. ff. ad le  
corn. de sal. l. s. s. inter filiū. t̄. d. l.  
fi. C. qd̄ cū eo. sc̄dm̄ alia opinionē.  
Tertio modo d̄r expressum id qd̄  
singulariter t̄ proprio noīe expri  
mitur. vt. l. qd̄ in rerū. s. s. ff. d̄ le.  
**S** Substitu  
tiōis vul  
garis q̄t  
sint sp̄es.  
**E** Expressus  
quot mo  
dis dicat

# De substitutione vulgari tacita et expressa. fol. xxvi.

Substitutio breuius et ibi glo. puula. His primis dicit idem Barf. vbi. s. q̄ substitutio breuiloqua et cōpendiosa: de quib⁹ infra suis locis diceat: complectit substitutioē expressas: scz in genere ita loquitur in eum, glo. in vbo ad matrē. in. l. luci⁹. ff. eo. et. C. de testa. mili. l. i. testamēto. s. et ita intelligit: qd notat gl. fina. in. l. p̄cibus. C. de impub. et alijs substitutionibus, et qd notat Azo. in summa illius titu. in fi. et qd dixi. S. in prima additio. ne. Nam h̄ba sunt generalia et cōprehēdentia substitutiones. sed si acciperes expressus specialiter vel singulariter tunc nō cōprehēderent expressas substitutiones: sed tacitas. ita loquitur glo. in verbo ad exemplum: ibi alia tacita que sit verbis affirmatiu⁹ rc. in S. qua ratione. insti. eodem. et qd notat in glo. in vbo fideicōmissi. in dicta. l. p̄cibus. C. eo. et quod sentit glo. fi. C. de institu. et substitu. et qd dicit dñs Rolandinus supra ista rubrica. Et sic vides q̄ diuersis respectib⁹ potest dici ex pressa et tacita. Ex p̄dictis euénit q̄ licet tacita pupillaris contenta in exp̄ssa vulgari regulariter nō excludat matrem. l. p̄cibus. r. l. cū quidam. C. de impub. et alijs substitu. et diceat late. i. rubrica p̄xima. tamen pupillaris contenta. i compendiosa vel breuiloquaria. cludit eam. vt. d. l. p̄cibus. iuncta dicta glo. fina. et dicta. l. luci⁹ iuncta glo. in vbo matrem. et videbis. i. in rubri. de compendiosa substi. et in rubri. de breuiloqua siue reciproca substitutione. Est ut supra. dictum est et alia substitutio expressa specialiter seu quo ad species. vt si dico si heres nō sit titius. Seius sit heres vt. l. s. in princi. ff. eo. et institu. eo. in princi. ista est expressa specialiter in specie: quia speciem substitutionis comprehendit. sed non expressa singulariter. non esti ex-

primitur alijs singularis casus in quen substitutio cōmittat. dicit em̄ si heres nō erit rc. et istud quod non sit heres: potest esse vt quia non vult esse vel quia nō potest. vt. l. cum proponas. C. de heres. insti. Item quem nō posse esse heredem est: vel propter mortem: vel ppter aliud impedimentū iuri vel facti. vnde non potest huiusmodi substitutio. dici expressa singulariter: licet glose vbiq̄ appellent ēā expressam. Est et alia expressa vulgaris singularis. vt qn̄ casus substitutioē singulariter aut specialiter exprimit: vtputa si dico. si posthumus non nasceret me viuo. vt. l. fina. C. de institu. et substi. vel si dico si filius me⁹ me viuo morietur. vt. l. gallus. in p̄n. ff. de libe. et posthu. vel si heres institutus capere nō poterit. vt. C. de hered. insti. l. ij. Et sic vides q̄ quedam potest dici expressa in generi non in specie. quedam expressa in specie et non singulariter.

Secundo est videndum de tacita vulgari. circa quod. sciendum: q̄ quedam est tacita vno respectu: que alio respectu potest dici expressa: de qua supra dictus est. Queda est oīo tacita: vt illa que cōtinet in exp̄ssa pupillari. vt. ff. eo. l. iam hoc iure. et. l. quāuis. C. eo. illa nullo modo ē expressa nec ex vi verborum intelligitur. sed maxime legis potestate ex p̄sum p̄tamente defuncti. vt dicta. l. iā hoc iure. facit glo. fina. in dicta. l. p̄cibus. C. eodem.

Tertio vidēdū ē de ea q̄ ē partis tacitatis parti exp̄ssa. et hoc p̄tinat duob⁹ modis. Primo q̄ parti est exp̄ssa parti tacita: q̄ ad cas⁹. Scđo quo ad verba. vt declarabitur infra. Ad declarationem queritur ista substitutio: si heres nō erit: quot casus cōprehēdat? Respondet Barf. vbi supra: q̄ duos scilicet si heres nō voluerit eē: vbl̄ insti. quod verum est nisi quando

Substitutio vulgari oīo tacita q̄ sit.

Substitutio si heres non erit: quot casus cōp̄hendat?

# Prima pars florum

substitut⁹ est in potestate institu-  
tū tunc enim illa ḥba si heres nō  
erit intelligunt si esse non pote-  
rit. nam nō videſ ſibi pmiſum re-  
pudiare et institutione r̄ eſſe he-  
res ex ſubstitutione. vt. ſſ. ſi quis  
omis. cau. reſta. li. Julian⁹. r̄ ibi no-

**Subſtitu-** l hoc pmifio qrit. nunqđ ſubſtitu-  
tio vulga- tio facta in vnu casu. ſc ſi heres  
ris facta noluerit eſſe porrigit ad aliū ca-  
ſin vnu ca- ſum ſc ſi nō potuerit vel ecōtra.  
ſu an por- dic fm eundē Barf. vbi. ſ. q ſic p  
rigat ad ligallus. ſ. et quid ſit tm. de libe-  
rarium.

r̄ posthu. vbi expreſſe dicit q ſub-  
ſtitutio ſctā fm cōſiliū galli i vnu  
casu porrigit ad aliū. de hoc dic-  
latius. vt. p eundē. Ex hiſ habet q  
illa ſubſtitutio eſt partim expreſſa  
r̄ ptim tacita q ad casuſ. Nam in q  
busdā caſib⁹ expreſſa in quibus  
daz tacita vt patet.

Item qro an ſit neceſſe q ſi ſtitu-  
tio heredis pcedat hāc ſubſti-  
tutionē vulgarez. Sloſa. iij. in. d.  
l. ſ. ſſ. eodez. videtur velle q ſic. et  
hoc ſequit ibi Barf. in verſi. Ero-  
tio pncipaliter qro plus hy.

Itē nota fm Bar. vbi. ſ. q ſc ſunt  
effectus huī ſubſtitutiois. primus ē q in hoī ſui iuriſ itel-  
ligit ſi heres nō erit vel muta-  
ra cōditione etiā aliū heredes nō  
feſerit et in hoī alieni iuriſ ino-  
telligit ſi ipſe heres non erit vel  
aliū heredem nō feſerit. vt. l. ſi  
paterfamilias. ſſ. de here. insti. r̄  
insti. de vulg. ſubſtit. ſ. ſi. r̄. C. de he-  
re. insti. cū pponas. qd intellige i  
reſtatore ſciente; in ignořate ve-  
ro dic vt in. d. l. ſi paterfamilias  
en. l. ſe. r̄ in. d. ſ. ſina. insti. ſ. vulg.  
ſubſtit. r̄ ibi per Ange. are. Itē qd  
dicit ſi heres nō erit intellige et  
deſit eſſe poſſe; qz excludiſ p re-  
pudiationeſ vel alio modo. Alas  
donec eſt ſpes institutiois ceſſat  
ſubſtitutio. l. qdii. ſ. ſſ. de acqui-  
here. Sed circa hoc dubitatur.  
Quid ſi eſt ſpes q ſi institutus qui  
repudiavitveniat per in integrū  
reſti. an interim ceſſabit ſubſtitu-

tio? Respondet ipſe Barf. vbi. ſ.  
ſſi. Sed circa hoc dubitatur tc.  
q nō per. l. r̄ ſi fine. ſ. ſed qd pa-  
pinian⁹. ſſ. de minori. Necobſtat  
qd fm eundē ſupradictū eſt qd  
eſt ſpes institutiois tc. quia hoc  
intelligit ſi eſt ſpes de iure cōiſe-  
cū ſi de iure ſpeciali. vt. li. iij. ſ. ſ.  
ſſ. de fideicōmīſ. liber. facit qd no-  
tatur in. l. iij. ſ. expectandi. ſſ. de  
ſecun. tab.

Quid aut ſi institutus deceſſit  
ante aditam hereditatē ad here-  
dem transmittens ius delibera-  
di iurta tenorem. l. cuiſ antiquo-  
ribus. C. de iure deli. vter preſer-  
vatur heres heredis an ſubſti-  
tut⁹. r̄ responderet ipſe Bar. vbi. ſ.  
verſi. item dubitatur qd ſi institu-  
tus q ſi heres heredis pſertur. qz  
institutus facit aliū videlicet ſuo  
um heredē heredem pncipaliter ſuo  
hereditate ſuo ſuſto: is ex dicto iure delibera-  
ndi. ſic ceſſat ſubſtitutio. vt. d. l. ſi pa-  
terfamilias. ſſ. de here. insti. p hoc  
allegat caſum. l. ſ. C. de hiſ q ante  
aper. tabu. ibi aliosq;. r̄. ſſ. de acq.  
here. l. ſi quis filium. ſ. ſi. responſo.  
quod cū pncipio continuari de-  
bet fm eundē vbi. ſ. item pro hoc  
videtur fm eundē glo. in. l. ſed et  
ſi. pro dote. ſ. pe. ſſ. l. ſ. ſt. ſan. vbi  
hoc etiam tetigit ipſe Bar. idem  
Barf. in. l. iij. C. de hered. instit. et  
idem in. l. ſina. poſt pncipiuz. C.  
de bonis. que libe. ſed ange. in. d.  
l. ſi pater et in ſepe allegata. l. ſ.  
ſſ. eo. tenet contrarūm ut refert  
Ange. are. insti. eo. in princi. ver-  
ſi. circa quod quero vbi illo non  
obſtantē firmat opinionem Bar.  
vt latius videbis per eum ibi et  
in. ſ. ſina. eodem titulo. Adde q  
filioſam. repudiante hereditatē  
ſibi relictam parer eam adire po-  
test excludendo ſubſtitutum. d. l.  
finali poſt princi. ſuncta glosa in  
verbo recuſante. et ibi Barrolus  
C. de bonis que libe. r̄ idem in di-  
cta lege tertia. C. de here. insti. et  
Ange. areti. vbi. ſ. ſecus. in ſeruo

**Subſtitu-** t⁹ vulgari  
ter an p̄  
ſeraf he-  
redi here-  
dis hñti  
ius deli-  
berandi.

**Subſtitu-** t⁹ vulgari  
ter exclu-  
ditur per  
patreſ ad  
eūtē filio-  
ſa. repu-  
diante.

# De substitutione vulgari: tacita & expressa. fo. xxvij.

nolent adire iussu domini. nam  
tunc locus est substituto. d.l.iij.C.  
Monachus heres, instit. Hinc potest queri  
de instituto & repu- quid si est institutus monachus  
diante an qui non vult adire an monasterii  
monasterio, heres possit adire sicut dictum est in pa-  
ritate ad tre: Bart. in dicta. l.iij.C. de rei vero. act. tunc si iste scilicet a  
ire pote- quid si est institutus monachus & Ange. are. in. §.  
rit. alienus quoq. insti. de heres. insti-  
tu. tenet q. subiectio monachal sit magis subiectio filialis q. ser-  
uulis: q. monachus est capax suc-  
cessionis & deber istitui. vt. l. deo  
nobis. §. l. C. de epis. & cleri. quod  
non est in seruo. Item seruus po-  
testvendi monachus non sicut nec  
filius. Item monasterii cogitur  
alere monachus sicut pater filii.  
non autem dominus seruus: quia po-  
testeum pro derelicto habere. yn  
de patet q. magis equiparatur fi-  
lio q. seruo. Hinc dicendu secun-  
dus eos q. sicut filio recusante pa-  
ter excludit substitutum. vt. §. sic  
etiam monacho repudiante mo-  
nasterium preferit substituto. qd  
nota. Intellige pdicta quando si  
lius vel monachus repudiabitur  
non volebat adire hereditatem: tunc  
enim pater vel monasterii exclu-  
dit substitutum. Sed dubitat qd si  
filius vel monachus decesserit an-  
te aditas hereditatem an sit locus  
substituto vel an veniet pater vel  
monasterii. In filio dic breuiter/  
q. aut hereditas obuenit filio ab  
eo in cunus potestate fuit: tunc  
eam transmittit ad quoscumq. &  
hoc operat existentia suitatis. l.  
apud hostes. C. de suis & legi. he-  
re. t. l. iij. C. de iure delibe. t. l. fin.  
§. finautem perperius. C. de cur-  
furio. t. l. ex militari. §. fin. cum. l.  
seq. ff. de testa. milit. & ibi Barto.  
et latius Idem Barto. in. l. si in-  
fanti. in verbi. oppono secundo dici-  
tur hic q. si infans. t. c. et sic pater  
vel quicunq. aliis excludit substi-  
tutum per ea q. supra dicta sunt:

quia licet ipse heres non est: ta-  
men alium facit heredem. Aut her-  
editas obuenit ab extraneo: hoc  
est ab eo qd non habebat eum in pos-  
testate ille enim extraneus dicit  
§. ceterum institu. de heres. qua. &  
diff. t. l. vnic. §. extraneum. C. de  
rei vero. act. tunc si iste scilicet a  
quo venit hereditas sit de ascen-  
dientibus tunc aut iste filius her-  
es habet descendentes & trans-  
mittit ad eos. l. vnic. C. de his q  
ante aperta. & ipsi excludunt sub-  
stitutum per ea que. §. Aut non ha-  
bet descendentes: tunc non adie-  
tam non transmittit. §. in nouissi-  
mo. C. de cadu. tollen. licet etiam  
ascendentes alios superstites ha-  
beat. l. iij. §. si quis ex liberis. ff. ad  
terti. Intellige nisi qd tu ad ius  
deliberandi quod usq. ad annum  
transmittit sciens. vt. l. cum anti-  
quoribus. C. de iure deli. iuncto  
dicto. §. in nouissimo. Limita pre-  
missa nisi filius sans fuerit: & in  
infantili etate non adita heredita-  
tate decedat. tunc enim pater pa-  
trio iure quasi infantiam quest  
tam hereditatem capere potest.  
dicta. l. si infant. iij. resp. o. ita vult  
pulchre Bart. in dicta. l. vnic. C.  
de his qui ante aper. ta. Ex predi-  
ctis pater solutio superioris que-  
stionis quantu ad filium. & hoc vult  
Bart. in dicta. l. iij. ff. eodem. in versic.  
quero quid si monachus. De mo-  
nacho autem non respondeat expre-  
sse: fed fin. Ange. areti. insti. de he-  
re. insti. §. alienus quoq. tacite  
vult immovere Bart. q. si est heredi-  
tas ascendens monachi: tunc  
transmittit ad monasterium tan-  
q. in suam posteritatem. vt dicta  
l. vnic. in ratione sui. C. stat est  
monasterium loco filii esse. c. in p-  
sentia. de probatio. auf. mis. C. ad  
trebell. alias si est hereditas ex-  
tranei non transmittit iurta ea q  
supradicta sunt. Sed idem Ang. ibi  
tenet q. etiam hereditatem ab ex-  
traneo delata ipsi monacho mo-

# Prima pars florim*notum istud in ea*

nasteris monacho etia ante adi-  
tionem mortuorum adire poterit; si-  
c ut pater pot adire hereditatem  
relictae infanti filio; id est tenet ipse  
An. in s. f. insti. de vulg. substi. vi-  
de latep. Bal. in l. s. C. q. admit. ad  
bo. pos. possunt. ver. quo ad decis-  
mum t vltimū capitulū de mona-  
cho rc. t p. alios doct. citatos adi-  
cro Ange. in d. s. alien? quoq ser-  
uus.

Querit vterius id est Bart.  
vbi. s. in versi. qd si ille q repudia-  
uit rc. ponamus q quis sit insti-  
tutus t ei vulgaris substitutus ali?  
et tertius substitutus sit psidei-  
comissum pniuersaliter ille insti-  
tutus repudiat / fideicommissari?  
perit ilsi repudiantē cogi adire/  
iuxta. l. nam qd. s. si qs copulsus.  
ff. ad trebel. modo substitutus vul-  
garis vult hereditate iure e substitu-  
tionis vulgaris t substitutus  
alius vult eam iure fideicommissi.  
vter eorti sit pserendus? Respon-  
det ipse Bart. q aut fideicommissus  
no est repetitū a substituto tac-  
te vel expresse; t tunc preferit sub-  
stitutus vulgariter. l. si patroni.  
s. f. ff. ad trebel. aut est repetitū  
et preferit fideicommissarius. l. non  
iusta. C. ad trebel. z. l. facta. s. iu-  
lianis. ff. illo titu. Sed Imola in  
dicta. l. f. ff. eo. vt resert. Ang. are.  
insti. de vulga. substi. in princ.  
in versi. quero quid si ille qui re-  
pudianit rc. dicit q siue sit repe-  
titum: siue non: semper fideicom-  
missarius presertur. per dictu. s.  
iulianus vbi vide late ipsum In-  
no. t Ange. de perusio. t eundem  
Imo. in dicta. l. si patroni. s. fin.  
Item quero quid si heres t in-  
dignus nec adiit hereditates an-  
veniat fiscus vel substitutus? Re-  
sponde q fiscus repulso substitu-  
to. vt. l. si sequies. in prin. ff. ad fil.  
hoc sequitur bart. in sepe dicta. l.  
ff. de vulga. pro quo facit scdm  
eundem. l. in servitute. s. e. ff. de  
bono. l. b. rationem subdit quia  
licet ipse institutus no sit heres;

facit ramen fiscum heredem; ero  
go substitutus repellitur per ea  
que. s. G. Ires quero an ne aliquo Substi-  
tutus veniant simili institutus et tu s. insti.  
substitutus. dic vt per eundem. vbi tatus an  
s. in versicitem quero an aliquo t qbus ca-  
casu. vbi ponit tres casus. primi  
est casus. li. si paters familias. ff. de  
here. insti. q casus etiam est in. s.  
f. insti. de vulga. Secundus est casu  
sus. si libert. patrono in versie.  
qd ergo. ff. de bonis liber. vbi vult  
terris. q quādo patronus est in  
stitutus et in aliqua ppria re gra-  
uatis. si ipse no vult iudicium de  
functi implere tunc habebit sua  
debitam portionem t institutus.  
et residuum habebit substitutus. t  
sic concurrunt institutus t substi-  
tutus. Tertius casus est in filio  
instituto t grauato eo modo quo  
dixi in patrono per eandem. l. quia  
est eadē ratio scdm eius. hec cīca  
primū effectū vulgaris substitu-  
tionis. G. Secūs effectū est q re-  
stamentum pot assumere vires. t  
effectū ab hoc secūdo gradu. l. i.  
in fi. ff. de libe. t posthui. t ibi bar.  
et reliqui scri. t idem Bart. in dia-  
cta. l. s. versic. sumus expediti de  
primo effectū rc. Circa quod que Substi-  
rit ibidem in versi. vterius quea-  
tus an p-  
ro substitutus in primo gradu rc. feratur in  
quid si institutus in primo gradu  
stituto q  
potestesse heres sed no eodē mo no p- esse  
do quo. testator voluit quia fuit i heres eo  
stitutus suis vel necessarius. sed mo q te-  
tempore mortis reperitur eman statu. vo-  
cipat vel manumissus an admit-  
etur institutus vel an substitutus  
et distinguit q aut est facta sub-  
stitutio ex necessitate aut ex vo-  
luntate. dic latius per eū. G. Que  
ro vterius an a tacita vulgari pos-  
sit testamentum vires assumere.  
an vero requiratur aditio ex pri-  
mo gradu idem Bart. vbi. s. con-  
cludit. q licet pupillaris requirat  
aditionem hereditatis. l. i. ff. eo  
